NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
13 M
1 H

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

73.3.19
73 73
e e 134
19 25


Digitized by Google

Digitized by Google

DE FEBRIBVS THEORIA.

AVTHORE
IOANNE MANELPHO
ERETANO SABINO
Medico Romano Collegiato.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISS. D.D.
IOANNEM BAPTISTAM LENIVM
S.R.E. CARD. AMPLISSIMVM.



BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IES.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

ROMAE, Anno Iubilæi MDCXXV.
Ex Typographia Andreæ Phæi. *Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs.Pat.Sac.Pal.Apoſt.

A.Epiſc.Hieracien.

EX Commiſſione Reuerendiſſimi Patris Magiſtri Sacri Palatij Fratris Nicolai Rodulfij, ego Tiberius à Fonte vidi hunc librum qui inſcribitur DE FEBRIBVS THEORIA, Doctisſimi Viri Ioannis Manelphi Eretani Sabini,& in eo nihil inueni, quod Sanctę Romanæ Eccleſiæ repugnet,nec quod ſit contra bonos mores,immo dignisſimum iudico quod typis mandetur.

Ego Tiberius à Fonte manu propria.

Imprimatur, Fr.Vincentius Martinellus Mag. & Reuerendiſs. P. F. Nicolai Rodulfii Ord. Præd. Sacri Pal. Apoſt.Magiſtri Socius.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
D. D.
IO. BAPTISTAE
LENIO
S. R. E. CARD. AMPLISSIMO
Ioannes Manelphus F.

AVdeo hunc Librum Theoriæ febriũ amplitudini tuæ offerre Princeps Illuſtriſſime, tuoq; patrocinio munitum in lucem edere: cum neq; me illi firmiorem tutelam comparare poſſe, neque vlli magis, quam tibi deberi certo ſciam. tot enim tantisque me beneficijs cumulaſti, vt ſi quis fructus exiſtit ex me, ab illorum veluti irrigatione natus, ſoli tibi ſit referendus acceptus. Inter cœtera verò tua in me merita, illud non vulgare eſt, quod nuper inter magnæ aulæ tuæ domeſticos ſum adlectus, & non minore ſanè benignitate, quam animi magnitudine, quæ fuerunt ſemper in te, vnà cum generis claritate coniuncta. A maiorum enim tuorum inclytæ huius Vrbis Ro

mæ

Digitized by Google

mæ Senatorũ laudibus nihil deflectis: Sed bono nomini, optimisque operibus ſemper inſiſtens, nunc pius, ac religioſus in Deum, nunc facilis, ac miſericors in pauperes enites; ergà omnes denique vt iuris amator, cœterarumque virtutum ſingulare exemplar noſtra ętate refulges. Vndè meritò ſanctę recordationis Paulus Papa Quintus (nitente etiam magno Scipione Card. Burgheſio tui Sobrino) in numerum S.R.E. Cardinalium te cooptauit, elegitque. Mox gliſcente fama tuorum rectè factorum, Archipresbyterum Lateranenſem, & Ferrarię Ciuitatis Epiſcopum declarauit. Quod munus quanta animi ſolertia, quantaque charitate obeas, teſtes ampliſſimi ſunt Ferrarienſes, qui apertè vbique prædicant, quod de Platone dixiſſe fertur Ariſtotel.

Nulla ferent talem ſecla futura virum.

Sed quid opus alienis teſtimonijs?

Nocte dieq; tuum geſtas in pectore teſtem,

vt ait Iuuenalis: liceatq; mihi vſurpare illud Tibulli:

Nec tua chartis intexere quiſquam
Facta queat dictis, vt non maiora ſuperſint.

Denique præcor, vt ait ille:

Hic quoq; ſit gratus paruus liber, vt tibi
Poſſim alios, altosque memor componere verſus.

Vale.

IOANNIS MANELPHI ERETANI SABINI, MEDICI ET PHILOS. ROMANI.

Liber Primus.

DE FEBRE IN COMMVNI.

PROEMIVM.

VT Deos ſuos ad benefaciendum venerabantur olim Romani, ità etiam morbos ad minus nocendum colebant: Vnde Valerius Maximus tria inquit Romæ erant templa febris, quorum adhùc vnum in Palatio, alterum in area Marianorum monumentorum, tertium in ſumma parte Vicilongi extat. Quod nulla alia de cauſa magis febri quam alijs morbis actum ipſe reor, niſi quoniam febre nullus alius reperitur affectus maior, magiſque communis; nam viris, mulieribus, pueris, ſenioribus, cunctis denique animalibus viuentibus accidunt febres cum Hippocrate: Et Iſaac Iſraelita nequiſſimum omnium morborum febrem aſſerebat. Cum ergò medicinæ ſpeculationem conficere meum ſit in præſenti inſtitutum, ab eadem quoque febre incipiendum duxi: illumque ordinem ſeruabo quem Philoſophi, cœterique medici ſectati fuere. De febre nimirum vniuerſaliter in hoc primò

Val. Max. li. 2. c. 5. Plin. li. 2. c. 7.

Hipp. li. de flatib.
Iſaac. in lib. febrium.

quod editur volumine, Deo exindè fauente de eadem magis in particulari à nobis agetur.

CAPVT PRIMVM.

De nomine febris.

QVOD primò de febre in communi agendo nobis exarandum ſe obuiam facit, ipſius nomen eſt; à quo ſcilicet, & vnde dicatur. Et quidem latinum eſt nomen febris à feruendo deductum, cum nos feruere, calere faciat, vel quid huiuſmodi. Apud Græcos autem (& Hippocratem præſertim) plura alia nomina ſortita fuit: namq; θέρμη nempè calor dicitur, aliàs verò πῦρ, vel πυρετός. θέρμη ſanè dictio per ſe calorem ſignificat apud omnes græcos, magis autem particulariter loquendo interdum Hippocrat. non quemcumq; calorem, at febrilem, intellexit; ſub eodem nomine. Si θέρμη, nempè febris, in Epid. habetur, non à bile fiat, neque à pituita, ſed aut à laſſitudine, aut aliàs febriat. Ariſtippo (legitur etiam in ijſdem Epid.) in ſupernum ventrem ſagitta percuſſo, dolor vehemens, breui ardebat, paulò poſt venter velut in voluulis, θέρμη, ſitis, & in ſeptimum mortuus eſt:

Hipp. 3. epid. ſect. 4.

Hipp. 5. epid. & 7. in hiſtor. Andreæ ante pl eiadem, Ariſtocratis, Charitis.

Tametſi autem θέρμη dictio manifeſtiſſimè apud Hipp. ſæpè ſæpius febrem ſignificet, id nihilominus perpetuò intelligendum non affirmarem: cum calor ſinè febre nonnumquam dari valeat; necnon etiam pro θέρμη calorem vt calorem, non tamen febrem ſemper intellexit Hippocrates; præſertim verò in hiſtoria Leophorbidę 7. epid. recenſitæ. Febricitanti huic, legitur, decimaſexta horror acceſſit, vigeſima prima rigor, & ſudor, & febris deſijt, verum calor adhuc ſuberat tenuis. Calor igitur ſinè febre eſſe poteſt, neque ſem-

per

per ſub nomine θέρμη', vel caloris, febrem intellexit Hippocrat.

Alia nomina febris πῦρ, vel πυρετός erant, & ἀπὸ τοῦ πυρός denominationem habentia. Grauis author Galen. in com. epid. dictione πῦρ aliquid amplius apud Hipp. intelligendum edocuit, nempè vehementiſſimam febrem: ſcimus autem, inquit Gal. in eodem lib. ex Hippocrate πῦρ, ſiuè ignem latinè, intelligi febrem valdè igneam. Sed profectò quamquam πῦρ attica vox ex ſe ignem gręcè ſignificet, nihilominus legenti mihi Hipp. differentia nulla viſa fuit inter dicta duo nomina: quinimò è contrà promiſcuè accepta ſępè ſæpius in eodem leguntur Hipp. πῦρ, & πυρετὸς. Malum eſt excrementum alui, & graue olens, habetur in lib. de morb. mulierum, καὶ πῦρ ἔλαβεν σφοδρὸν, & febris vehemens latinè. Si πῦρ vehementem, fortemque febrem ſignificat Hippocr. ad quid igitur σφοδρὸν adiungitur? καὶ πῦρ ἔχει βληχρὸν alibi legitur; πῦρ ὀξὺ, & huiuſmodi alia, manifeſtè demonſtrantia πῦρ, & πυρετὸς nomina idem prorſus ſignificare apud Hippocratem; nempè quamcumque febrem, prout adiectiua nomina eiſdem verbis adiunguntur.

Gal com. 1. li. epid. ægro 2.

Galen. 1. epid. ægro 4. 6. 7. 8. 10. lib. 3 ægro 2. 3. & alibi.

Hipp. 1. de morb. mulier. com. 4. t. 23.

Hipp de morbis mul. vide Oeconomi am Pöesij. Idē tenet. Herotian. in Onomaſtico.

CAPVT SECVNDVM.

Quid ſit febris.

OMNIS demonſtrationis principium eſt ipſum quid eſt per Ariſt. in lib. de anima. Quid autem eſt febrium exarando Auctores cuncti vel idem dixere, aut ſaltim ab altero alter ipſorum parum diſcrepauit. Inter cœteros Gal. & Auic. grauiſſimi ab Hipp. decantati medicinæ doctores, in febrium definitione porrigenda, viſi fuere inter ſe maximoperè conformes. Namque febris aiebat Gal. con-

Ariſt. de anima cap. 1.

Gal. 1. acut. t. 18. 1. aph. 1. 2. meth. c. 76.

uerſio eſt natiui coloris ad igneum, & alibi, calorem ipſum dicebat febrem, qui adeò auctus ſit, vt eius occaſione corpus laboret, neque probè fungi actione poſſit.

Auic. fen. 1. 4.c. Auicenna, calor extraneus eſt febris, edocebat, accenſus in corde, & procedens ab eo mediantibus ſpiritu, & ſanguine per arterias, & venas in totum corpus, & inflammatur in eo inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus.

Sed calorem præter naturam nemo eſt qui inficiatur febrem. Quod verò contenditur à nonnullis, eſt, *Gal. lib. de diff. ſympt. c. 1 & alibi.* vtrum febris ſympthoma ſit vel morbus. Gal. etenim, id quod adhuc fit, nec eſt niſi dum fit, actionem, vel pathos nominauit; id verò quod per tempus aliquod permanere poteſt, ſanitatem, vel morbum; ſed ſic eſt quod febris ſemper fit, cum vt calor ex ſe numquam non augeatur. Ergo etiam febris minimè morbus, at ſympthoma, vel pathos appellanda venit. Ideoque *Trincauell. ep. med. li. 1.* Trincauellius cũ aliquibus alijs neotericorum, reſpectu illius partis facta eſt febris, loquebatur, in qua ipſa accenditur; aliarum verò in ordine, in fieri dici debet.

Quidquid autem de his ſit, leuis hæc quæſtio, & potius ſcholaſtica, quàm vtilis, facillimè decernitur, ſi dicamus febrem eſſe morbum, quoniam ad eiuſdem morbi formalitatem nihil aliud requiratur, quam vt aliquid adſit primò, & per ſe lędens actiones, quod in febre negari non poteſt. Quidquid enim hominibus moleſtiam infert, ac triſtitiam, hoc morbus appellatur per *Hipp. lib. de flatib.* Hippocratem: in vno autem, vel duobus, tribuſue calor adſit in corpore gradibus, ad medicos nihil facit; haud quidem gradus pro eſſentia morbi dimetientes, ſed præſentiam lædentis rei tantummodo reſpicientes.

Omiſſa inquam hac ſophiſtica quæſtione, quod ſcitu magis dignum, circà febris eſſentiam, mihi eſſe videtur,

Digitized by Google

tur, eſt: Vtrum calida ſolum ipſa ſit febris an etiam ſicca ſimul?

Pro hac dubitatione, febrem eſſe calidam ſolum argumento ſunt, quia Gal. cum de febrium differentia, ſæpè numerò febrem hecticam ſinè ſiccitate eſſe loquutus fuit. In meth. calorem ipſum qui adeò auctus ſit, vt eius occaſione corpus laboret, nec probè fungi occaſione poſſit, permitte (inquit) volenti appellare febrem: ſiquidem omnes homines, qui ità ſit calidus abſque dubio febricitare dicunt: nullam hic ſiccitatis mentionem fecit Gal. in febribus. *Gal. 1. de diff. feb. c. 1.* *Gal. 2 meth. c. vltimo.*

Præter Gal. videtur in eodem corriuaſſe quoque Hipp. cum in Epid. ex febribus, legatur, aliæ ſunt tactu mordaces, aliæ humidæ, aliæ verò alio modo. *Hipp. 6. epid. ref. Gal. 1. de diff. feb. 1.*

His autem omnibus nihil obſtantibus, febrem inchoatiuè calidam ſolum: cum vero in ſuo reperitur eſſe perfecto, calidam & ſiccam per ſe, ego dicerem. Idque colligitur primò ex nomine ipſius græco πῦρ, quod ignem ſignificat: ignis autem ex ſe non autem per accidens calidus, & ſiccus eſt. In aph. victus humidus, legitur, febricitantibus omnibus confert, præſertim verò pueris, & alijs qui tali victu vti conſueuere. Quod ſi, dicebat amplius Gal. contraria contrariorum remedia ſunt, ſanè febris peculiare remedium, vt virtute cum refrigerante, tum etiam humectante ſit oportet; id namque febris naturæ, quæ calida, & ſicca eſt contrarium erit: Quid clarius? ex natura ſua inquit Gal. calidę & ſiccę febres ſunt. *Gal. lib. de fract. com. 3. t. 8.* *Hipp. 1. aph. 16.* *Gal. 1. acut com. 1. t. 18.*

Neque obſtant quæ ſuperius in contrarium adhibebantur: ſiquidem ſæpènumero febrem hecticam ſinè ſiccitate cum dixit Gal. non quidem de propria, ſed accidentali intelligendum, vt etiam idem aſſerendum eſt, cum Hipp. humidas febres appellabat. Et quamquam præterea ſolummodo calidam alibi eandem febrem di-

xerit Gal. non tamen ſiccitatem excluſiſſe ibidem dicerem, verum ſuppoſuiſſe potius.

CAPVT TERTIVM.

Quotuplex ſit febris.

Gal. 1. de diff. feb. c. 1.

DE febrium differentia ſcripſere plures Medici; inter cœteros Doctiſſimus Gal. duos conſtituit de hac re libros, in quibus, breuiter, quemadmodum inquit ex Hippocr. tria ſunt quę noſtrum corpus conſtituunt, continentia ſcilicet, contenta, & impetum facientia, ſiuè partes, humores; vel ſpiritus: ita etiam tria ſunt febrium genera à quibus corpora confliĉtantur; aliæ nimirum ſpirituum ſunt, in iiſdemque principaliter accenduntur, alię humorum, aliæ denique ſolidarum partium febres ſunt; ſpirituum ephemeras, in humoribus humorales, partiumque hecticas idem Gal. appellauit. Exemplis deindè, eodemque in loco huiuſmodi perſpicua efficiuntur, & ab ephemera exordiens, in exemplum follis adducitur calidum aerem in ſe attrahens: profectò ab eodem aere ipſe follis calefit, cum ex ſe calefactus non ſupponatur. ſimiliter & ephemera, inquit Gal. primordia ſumit, calefactis videlicet ab ipſis ſpiritibus, ſolidas partes deindè calefacientibus. In exemplum hecticę febris calefacta olla in medium ponebatur, in qua frigidam ſi fortè fortuna reponi contingat aquam, ab ipſa olla ſtatim calefit; ità item & in hectica, percalefactæ incenſęq; ſolidę partes reliquo corpori aſſiduò calorem ſuppeditantes ſunt. Secus autem in humoralibus euenit febribus, quippè cum vaſa illicò calefiant ſi calida impleātur, ſic etiam calidis refertum corpus humoribus neceſſariò calorem adipiſcitur, & humoralis proindè naſcitur febris.

Hip. 6. epid. 1
Auic. lib. 4. fen. 1. tract. 1. c. 1.

Huiuſmodi

Huiuſmodi inſuper humorum febrem idem Gal. in plures partes ſegregauit, cum plures etiam ſint humorum ſpecies apud omnes Auctores, bilis, videlicet, pituita, melancolia, & ſanguis: Vndè humorales eędem febres, vel bilioſæ ſunt, vel pituitoſæ, vel melancholicæ, vel ſanguineæ. Bilioſæ per eundem Gal. tertio quoq; die inſurgunt: pituitoſæ quotidiè. Quarto quolibet die melancholicę, & denique vna exacerbatione à principio vſque ad finem ſanguineæ febres conſtantes ſunt.

Quæcumque amplius febres in tertijs exacerbantur diebus tertianę appellantur, quotidianę quotidiè, vt quartanæ quarto omni die recurrentes, & eędē, inſuper, tertianæ, quartanæ, vel quotidianæ febres, rurſum diuiduntur ab eodem Gal. ibidem, in continuas, & intermittentes. *Gal. 2. de dif. feb. c. 2. 8. & alibi.*

Sanguineæ poſtremò quandoquidem vnico modò vſq; ad finem paroxiſmo valent, continentes, vel συνόχεις græcè nuncupantur. Et quoniam ſanguis tum prætereà putridus, aut non putridus, verum tantummodo excalefactus interdum febres efficere valet: propterea eaſdem ſanguineas febres aut putridas, vel ſinè putredine, & ἀκμαστικὰς, ἐπακμαστικὰς, vel ἀκμαστικὰς, ſiuè ὁμοτόνους in iiſdem libris Gal. enunciabat: nimirum aut ſemper decreſcentes ſunt ſanguineæ febres, vel augeſcentes; & denique eodem modo ſemper, & quandocumque ſe habentes.

Et hæc ſunt quæ in lib. Gal. de feb. differentia legiſſe memini: quibus omnibus tametſi doctiſſimè dictis, in aduerſum nihilominus quæ inferri valeant multa non deſunt. Et paulò altius orationem meam ipſe repetens, Galeni principale, primumque genus febrium ſpirituum eſſe affirmabat: atque has ephemeras etiam appellari, quoniam per vnum ſolummodò diem permaneant, diēq; græci ἡμέραν dicant: verum ex quo id ha-

beat Gal. fortaſsè aliquis dicet. Nulla quidem alia reſponſio erit, niſi quoniam veluti in ſubiecto denſiori magis viuit, diutiuſque perdurat ignis, quam in rariori: ità pariter febres cum citò decernuntur, rariorem ſubſtantiam obſediſſe dicendum eſt. cumque iiſdem ſpiritibus nihil in corpore ſubtilius, vel rarius adſit, ideò in his, minimè verò in alijs, ephemeras febres etiam ſubiectari pronunciandum eſt.

Et profectò rariorem ſubſtantiam breuiſſimo temporis interuallo per ſe retinere, vel ſubiectare calorem nulli dubium eſt, cum experientia ipſa idem doceat. Sed nihilominus in tanto tempore præcisè terminari febrem debere, nec etiam affirmari valet, præſertim verò in corporibus noſtris, in quibus deſinentia febris non modò quidem ratione ſubiecti euenit, verum etiam & aliorum, ipſiuſque maximè ratione uirtutis febricitãtis omnes affectiones cum expellentis, tum etiam valetudini reducentis: Cum autem virtus vnius ab aliorum virtute maximè differat cum Hippocr. quandò differt, inquit, corpus à corpore, natura à natura, virtus à virtute, & quæ ſequuntur alia. Ergò nec etiam dici valeat ſpirituum febrem, ſiuè ephemeram in tanto tempore præcisè terminari debere, ſed in vno magis, in altero verò minus, vel minori temporis interuallo eadem febris permanere poteſt, & etiam vltrà diem, vel dies.

Hipp 1. de morb. & lib. de flat.

Prætereà nihil obſtat calorem in humoribus reſidentem etiam per vnum diem ſolummodo perdurare, & à corpore febrientis profligari valere, cum etiam & in eodem vnico die, vel minori fortaſsè temporis intercapedine, quinimò in inſtanti ferè diſcraſia corporibus noſtris impartiri valeat, & contrariorum eadem ſit ratio & diſciplina per omnes Philoſophos: dicebam ferè in inſtanti, ſiquidem ira, timor, dolor, omneſque alij ſimiles

miles animi affectus idem oſtendunt: atque nonnullis hydrops copioſo hauſtu aquę frigidæ confeſtim illapſus fuit, inquiunt præterea Coel. Aurel. & Aret. Et ſic denominatione ſumpta à duratione, etiam in humoribus, nec ſolum in ſpiritibus ephemera febris dari valet. *Coel. lib. 3. tard. 8 Aret. lib. 4. cap 1. tard. paſſ.*

Alterum genus febrium Gal. humoralium aſſerebat; nec non etiam tertianas appellauit, quartanas, quotidianas, & ſynochos: An autem & hæ eędem febres in alijs partibus ſubiectato calore conflari valeant? Vocabat etiam idem Gal. has febres putridas, ſed vtrum huiuſmodi ſinè putredine interdum fiant? de hac re inferius dicetur. *Hipp. 7. epid. de Eunucho, & lib. de inter. affect.*

Quartanam, inſuper, tertianam, & quotidianam, in continuas diuiſit Gal. vel intermittentes. Et ſanè intermittentes febres numerò plures eſſe nemo eſt qui inficias ducat, ſed mirum eſt continuam quartanam, continuam quotidianam, vel tertianam in Hipp. nuſquam legi. In epid. continuę, legitur, febres omnino numquam intermittebant, ſed inuadebant omnes more febris naturam tertianæ referentis: mos igitur fuit Hippocr. continuas febres dicere in modum tertianæ, quartanæ, quotidianæ, non verò continuas tertianas, quartanas, quotidianas, & ſimiliter. *Hipp. 1. epid. ſect. 2. t. 42. & alibi.*

Putridas febres, vel humorales deindè, ità item fieri Galen. edocebat, quemadmodum in olla accidit ab aqua ſi calida impleatur, calefactis nimirum humoribus, & partes etiam continentes calefieri neceſſe eſt. Igitur, dicet aliquis, in humoribus febris adeſt putrida, non autem in partibus, & nihilominus partes febricitare intelliguntur, non verò humores, quià videlicet non humorum, ſed partium facultates ſunt, quæ à febris morbo conflictantur.

Sed de his quidquid ſit, Si ideò febris humoralis nuncupatur, quoniam factus calor in humoribus ſubiectetur,

ctetur, quarè & vrinaria etiam non dicatur febris, ſtercoraria, lactearia, ſeminaria, & huiuſmodi? cum iiſdem in partibus accendi, vel factus calor etiam atq; etiam aſſignari valeat?

Gal.l. de diff. feb. & aliis.

Humorales quartanæ, vel tertianæ nominè inſigniuit eodem in loco Gal. aut quotidianæ, vel ſynochi. Ad quod igitur genus quinctanæ referentur, ſeptimanę, nonanæ, & ſimiles aliæ febres?

Gal. 3. in 1. epid. 1.

Reſpondebit fortaſsè aliquis, & has ad humorales referri, quas erroneas etiam nonnulli appellant.

Gal. 2 de dif. feb. 1. & alibi.
Gal. li. eodem c. 7.

Sed humores quatuor eſſe conſequenter dici valet; bilis videlicet, pituita, ſanguis, & melancolia. In bile tertiana accenditur cum Gal. ſuperius, in melancolia quartana, in pituita quotidiana ἀμφημερινὴ græcè dicta, in ſanguine poſtremò ſynochus, vel continens febris: quapropter errantes febres, ſicuti & quinctanæ, ſeptimanæ; coeteræq; alię, ad humorales referri non valebunt.

Gal. 1. epid. ſect. 2. com. tex. 21.

Quamquam verò quatuor ſolummodò ſint humores, nihilominus erroneas febres ad humorales referri etiam contendent plurimi, cum errantes febres diuerſorum humorum ſoboles ſint ex Gal. alibi; ſecundum quod nam enim in dies humores putreſiunt, mouentur, vel dominatu præmunt, errantes quoq; febres efficiuntur.

Plin li. 7 cap. 51. Val. Max. c 6. 7.

Cunctis his planè datis, haud verò conceſſis (cum errantes febres interdum nulla prorſus exiſtant in iiſdem corporibus mutatione patrata; lotia nimirum, & reliqua omnia excrementa eadem ſunt, neq; à prioribus aliorum dierum diſſimilia) quid modò ad quintanam reſpondeatur, ſeptimanam, nonanam, & huiuſmodi alias, longa temporis intercapedine, haudque erraticè, ſed compoſito modo proficiſcentes? Quid etiam ad febrem Antipatri poetæ Sidonij? Hic, vt Plin.

recen-

recenſet, omnibus annis vno tantummodò die quo genitus erat febri implicabatur: cumque ad vltimam ætatem perueniſſet, natali ſuo certo illo circuitu morbi conſumptus eſt.

Vidi febrem annualem, inquit Thom. à Veiga, imò febrem in die natali ęgri perpetuò inuadentem, vidi etiã aſſuetum in anno ſemel febrire per tres dies non amplius. *Lib. 2. de diff. feb.*

Amatus Luſitanus, virum quendam, inquit nouimus, qui ſingulis annis eo die, quo in lucem exiuit paroxiſmo euidente ſatis corripiebatur, reliquo verò in tempore rectè valebat. *Amat. Luſit. ſchol. ad cur. cent. 7.*

Ioannes Architectus, aiebat Beniuenius, ſingulis annis ſtato die, hoc eſt quo natus fuerat, febre implicabatur, quæ ex putreſcente bile genita ſuum circuitum ſeruans, quartum, & decimum non tranſgrediebatur diem: donec ſenio confectus, & eadem qua ex more complicitus febri, natali ſuo die vi morbi proſtratus, naturæ conceſſit. *Beniuen. cap. 84. abdit.*

Quidam Magiſter Iacobus Vero de firmo, Gentile referente, pluribus annis vna die, & hora habuit vnum paroxiſmum febris ſemel in anno. *Gent. com ad Auic. refert ſchenchius in obſeruat.*

Et ſupradictus Thomas à Veiga, vidi, ſubiunxit, qui nono quoq; die patiebatur per triduum acceſſionem quotidiè, in quo circuitu durauit per menſes. *Veiga ad c. 4. lib. 2. de diff. feb. Gal.*

Achias Adoleſcens (referebat etiam Amat. Luſitanus) per multum temporis febre octona detentus fuit, quam eandem febrem Petrus Salius, cum in equite nobili, tum etiam in muliere quinquagenaria poſtremò conſpexiſſe teſtatur. *Amat. Luſit. curat. 75. cent. 7.* *Salius c. 12. ad Altomar. practic.*

Et noſtris quoque temporibus vir clarus, & Reuerendiſſimus D.D. Io: Ludouicus Paſſolinus ſignię ciuitatis Epiſcopus, de Menſe Aprilis, eadem ſemper die, febre corripiebatur.

Quid

Quid equidem ad has, vel ſimiles alias febres nunc reſpondeatur? Profectò huiuſmodi ad erroneas, vel humorales nequaquam reducentur; vel ſi reducantur neceſsè erit affirmare in humore vno plures, aut in omnibus omnes, vel plures ſubiectari valere, necnon etiam febres.

Gal. l. de diff. febr. in meth. & alibi.

Tertio loco Gal. aliam febrem nomine hecticam dixit, & eandem ità pariter nomen ſuum nanciſci declarabat, quemadmodum ſi in olla calefacta portio aquæ inijceretur, quæ ab ipſa olla confeſtim excaleſcat, ita item in hectica febre euenire docuit, calefactis nimirum corporum partibus, cunctos humores ab ijſdem contentos etiam calefieri, & febrem hecticam in eſſe poni. Diuiditur verò hæc febris hectica tripliciter: namque vel primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ conſumuntur in eadem humiditates, ſiq; tertiæ conſumptæ ſunt humiditates, maraſmoides appellantur, & incurabiles ſunt per eundem Gal.

Hipp. 2. aph. 35. 5. aph. 65.

Huiuſmodi autem Gal. dicta etiã ſi aſſerantur, mirum quidem eſt, dicet aliquis, hanc tertiam febris ſpeciem ab Hippocr. nunquam recordari. ἐκτετηκὼς legitur in eodem Hipp. quam dictionem conſumptis declararunt interpræetes, at conſumptio non vnius modò febris accidens eſt, ſed cunctarum, vel plurium, vt experientia colligitur, atque præſertim acutarum, in quibus oculi concaui, nares acutæ, tempora collapſa, & alia huiuſmodi obſeruabat Hipp. Sed de Galen. diff. quidquid ſit, cunctorum parens medicorum Hippocr. haud ab vno, ſed à pluribus febrium differentias hauriebatur, illiſq; præſertim, quæ alterum ab altero, clariuſque differre faciunt; cuiuſmodi ex Ariſt. ſenſibilia ſunt quibus differunt corpora à ſe inuicem, vt grauitas, leuitas, durities, mollities, ſonus, ſilentium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, raritas, calor, frigus,

Hipp. oc. primo progn.

Ariſt. 7. phyſ. t. 9.

gus, & cœtera talia, horumque media. In epid.eiuſdem Hippocr. & alibi, ex febribus, legitur, aliæ ſunt tactu mordaces, vel reſurgentes, aliæ acutæ, ſed quæ manu ſuccumbunt, aliæ ſtatim exardentes, quædam puſillæ, & ſiccæ, quædam ſalſuginem quandam præ ſe ferentes, quædam phlegmatibus plenæ, aſpectui graues, nonnullæ ad tactum humectæ, nonnullæ valdè rubeę, aliquæ valdè croceæ, aliæ liuidæ, aliæ ardentes, aliæ diurnæ, vel nocturnæ, nonnullæ ſemitertianæ, alię exactæ tertianæ, quartanæ, & erroneæ, aliæ aeſtiuæ, aliæ anxię, & inconſtantes, aliæ malignæ, aliæ quinctanæ, ſeptimanæ, nonanæ, aliæ ſingultientes, interficientes, & huiuſmodi.

Hipp. 6. epid. & 1. ſect. 2. t. 15. 7. epid. in hiſt. Menonis ibidem ſect. 8. 2. prorrhet. com. 2. tex. 20 41. de morb. & alibi.

His autem omnibus cum ex Hippocr. tum etiam ex Gal. de feb. diff. recenſitis, quadrupliciter in febribus perpendi poſſe differentias ego dicerem: quoad formam ſcilicet quoad accidentia, quo ad ſubiecta, & quoad cauſſas: febris, enunciabatur ſuperius, calor eſt præter naturam primò, & per ſe lædens actiones, ipſe inquam calor cuiuſcumque febris forma eſt; cumque calor vt calor ab alio non differat calore; igitur febres, & quatenus calores, vna febris erunt omnes: differentiam verò habebunt ſecundum magis, & minus: vtq; vna cœterarum calidior, & minus calida erit.

Secundò accidentia febres concomitantia innumerabilia ſunt, ergò ratione accidentium, dicerem, etiam febres innumerabiles affirmandæ ſunt, iuxtà illa Senecæ ad Lucilium, innumerabilia ſunt febrium genera, & quę ſequuntur.

Sene. epiſt. 95. ad Lucil.

Tertiò quamquam Gal. vel eſſe in corde febrem, dixerit, vel in partibus principalioribus; & Hipp. vterum, vel ventrem febricitare nonnumquam: nihilominus ſubiectum febris adęquatum totum corpus eſſe, nemo eſt qui iure ſibi ipſi diffidere valeat; Hippocr. enim, Ga-

Gal. 5. epid. 2. com. 6. Hipp. lib. de nat. mul. 1. de morb. mulier. com. 4. t. 13. & 1. de morb.

Galen. Auic. cœterique omnes medici id aſſerunt.

Neque etiam obſtant actualiter febricitantibus nonnullas partes interdum corporis frigidas reperiri: ſiquidem totum corpus ſubiectum eſſe ipſius febris non ità affirmatur, vt pariter omnes ſimul etiam partes eiuſdem calefactæ ſint, verum ſatis eſt plurimas ipſarum ità ſe habere, vel ſaltim principaliores: febricula enim, aſſerebat Coel. Aurel. feruor eſt in omnibus, ſiuè plurimis corporis partibus. Et ſic, adęquatum febris ſubiectum perpendentibus nobis, vna febris erit quæcumq; inadæquatum verò multiplex, prout multæ, multiplicesque etiam eſſe valeant partes in quibus febres accendi, vel ſubiectari poterunt.

Coel. Aurel. 2. acut. c. 3.

Quartò, & vltimò ſe ſe obuiam faciunt febres vt à cauſis, quarum non vna, vel duo, ſiuè tres, vel quatuor, ſed plures à nobis deſcribentur. Igitur febrium ſpecies quoad cauſas conſideratæ perplures quoque erunt. Quæ autem, & quales ſint febrium cauſæ, inferius diſputabimus.

CAPVT QVARTVM.

De cauſis febrium.

IN morbis à cauſis pendentibus primum cauſæ proſpiciendum eſt, deindè ipſi morbo incumbendum, dicebat Hippocr. Atque Galen. in omnibus morbis, in quibus effectrix cauſa adhùc manet, ab hac inchoanda curatio eſt: quandoquidem eadem cauſa permanente morborum reliquias cumulatè perfici, impoſſibile omninò ſit. Curaturus itaque febres, de ipſarum quoq; cauſis tranſigendum mihi propono.

Hipp. lib. de loc. in homine tex. 42. 1. epid. tex. 32.

Et ex Hippocr. exordia ſumens, inuenio ipſum varijs modis fuiſſe loquutum. Siquidem ex bile tantummodò

modò proficiſci febres interdum edocuerit. alibi à bile, & pituita. alibi denique à flatibus, & ſimilibus alijs.

Hippocrati aetate, & fama ſecundus Diocles fuit, ea quæ (nos admonens) obſcurriſsima ſunt, ab ijs debere percipere, quæ conſpicimus. vndè cum videamus, inquit, quod inflammationes, abſceſſus, & vulnera, febris conſequatur, ſi febris oriatur, licet aliquid iſtorum fieri non cernamus, credendum tamen eſt, intus aliquid eiuſmodi fuiſſe factum. At ſententia hęc perquã vniuerſalis, & quamquam ex parte vera, nihilominus totaliter haud confirmanda videtur: cum citrà inflammationes, præter vllos abſceſſus, & vulnera, febricitantes mortuos, & pluries diſſectos certiſſimum ſit fuiſſe inuentos. *Diocl. epiſt. refert Gal. li. de hiſt. philoſ.*

Poſt Dioclem Eraſiſtratus fuit, motionemq; ſanguinis febrem affirmans vaſa ſpiritus ſubintrantis nullo febrientis aſſenſu factam: quemadmodum enim, cum nullis agitatur mare ventis quieſcit, cum verò aliquo vento commouetur vndique fluctuat, ſic etiam & ſanguis in corpore, cum excitatur in vaſa prorumpit ſpiritus, vbi excalefactus totum deindè incendit, Eraſiſtraſtratus contendebat: quam pariter opinionem tanquam experimentis, vel rationibus omninò carentem, qui recipiat medicorum non inuenitur. *Refer. Galen. ibid. & lib. de nat hum. c. 2. t. 16.*

Eraſiſtratum Aſclepiades deindè ſequutus fuit, quem Plin. in ſuis natural. diuinis laudibus illuſtrauit. Primordia corporis de hoc loquitur Aurel. primò conſtituerat atomos Aſclepiades, corpuſcula intellectu cognita, ſinè vlla qualitate ſolita, atque ex initio comitata, æternum mouentia, quæ inuicem occurentia mutuis ictibus in infinita. Partium fragmenta ſoluantur, magnitudine, atque ſchemate: differentia: quę mutuo eundo ſibi adiecta, vel coniuncta omnino faciant ſenſibilia, *Plin. natur. hiſt. li. 26. c. 3 & li. 9. c. 37. Coel. Aurel. l. acut. c. 14.*

vim in ſe met mutationis habentia, aut per magnitudinem ſui, aut per multitudinem, aut ſchema, aut per ordinem: fieri etiam vias ex complexione corpuſculorum, intellectu ſenſas, atque ſchemate differentes, per quas ſuccorum ductus ſolito meatu percurrens, ſi nullo fuerit impedimento retentus, ſanitas maneat: impeditus vero ſtatione corpuſculorum, morbos efficiat. Vndè typum quotidianum maiorum corpuſculorum ſtatione fieri aſſeuerat. tertianum verò minorum ſtatione corpuſculorum. item quartanum minutisſimorum. Et hec quidem de cauſis febrium Aſclepiadis ſententia eſt. quam tum Gal. tum Cœlius recenſitus, tùm etiam cuncti non recipiunt Medici: cum ſupradicta corpuſcula, vel Democrati atoma, tanquam mera immaginatio, velutique chimęra quædam apud ſapientiores habeantur.

Gal. lib. de trē. & palpit.

Diuinus autem Plato cum aliquibus alijs antiquiorum, quod ignis exceſſu, affirmabat, potisſimum corpus laborans, continuos æſtus, & febres efficit, aeris exceſſu quotidianas, aquæ verò tertianas, eò quod aqua ſegnior ſit quam ignis, & aer: terrę autem elementum quartum, cum ſit horum tardisſimum quadruplici temporis circuitu purgatum quartanas febres molitum vix diſcedit. Si humor alius alio copioſior fuerit, febris ex hoc homini oboritur, inquit etiam author libri quarti de morbis. Vndè ratio febris vniuerſa, cum his, in humorum quantitate conſiſtit, non verò qualitate. Sed Galen. hictericorum modò exemplo hanc reijcit opinionem; in quibus tametſi bilis perpetuò redundet, nihilominus non febricitant.

Galen. lib. de Hipp. & Plat. placit. & li de nat. hum. comment. tex. 22.

Gal. li. 2. de diff. feb. c. 1.

Atheneus cunctas febres à putredine oriri contendebat: deque eodem, ſuiſque ſectatoribus Gal. ità loquitur. Iſti ſunt magni viri, atque in febrium contemplatione minimè contemnendi; cum ipſis quinimò magna ex parte ipſe conſenſio, niſi quod eas, quę ephemeræ

Galen. refert Athen. opin. c. 5. lib. de diff. feb.

nuncu-

Digitized by Google

nuncupantur excipio : neq;enim videntur mihi hæ humorum ſequi putredinem : namque ex ira, & inſolatu vtique præter naturam calor exoriri poteſt, non tamen putrefactio ſequatur neceſsè eſt.

Quidam verò concluſioni viarum cauſam febrium aſcribi debere pronunciarunt. Apollophanes Eraſiſtrati ſectator magni tumoris in corde cauſa : Nos vero inquit Coel.Aurel.& ſolutione fieri febres accipimus,hoc eſt raritate viarum, vt & ipſis eſt conſequens. *Coel. Aurel. à acut. c.33.*

Profectò concluſione, vel raritate viarum nonnunquam fieri febres, in inficias duci non valet. Sed quaſcumque febres altero ex his perpetuò fieri, potiùs dicitur, quam probetur. Quemadmodum eſtò interdum tumores in corde magnos enaſci (quamquam difficilè, cum res ſolida ſit cor per Hippocr. neque dolore facilè corripiatur,nec vllus alius in eo morbus oboriatur) huiuſmodi verò tumores perpetuò febres efficere, neque ab alijs cauſis eaſdem conflari, ſectione cadauerum non conſtat. *Hipp. 4. de morb.*

Conſequenter his opinio Gal. nunc accedit, & veluti ſuperioribus enunciatum fuit, febres in tres partes etiam diuidentis : in eam ſcilicet quæ in ſpiritibus, in eam quę in humoribus, & in eam quæ in partibus accenditur : Neque amplius vnico modo eaſdem generari affirmantis, cum non vnus ſit generationis, vel auctionis modus caliditatis : namque propter motum gignitur, aut propter putrefactionem, aut quià alteri caliditati conſueſcit, aut propter ſuppreſſionem calidi effluuij, aut propter permixtionem calidæ ſubſtantiæ, tanquam de fonte quodam ebullientis, aut genitæ ſcilicet ad noſtrum ſenſum, aut augentis caliditatem, omneſque febrium cauſas in prædictos modos reuocari neceſſè eſt, inquit idem Gal. *Gal. 1. de diff. febr. cap. 3. de cauſ. morb. c. 2.*

Primam febrem, quæ in ſpiritibus accendi dicitur

Gal. 1. de dif. feb. c. 1. vocarunt græci ἐφήμερον, & Galen. à nullo alio eſſe ſuum adipiſci inquit, quam ex ſymplici ſpirituum incaleſactione. Sed quid ad Athenæum reſpondeatur, aſſerentem (vt paulo antè) etiam ephemeras à putredine fieri poſſe?

Gal. de diff. feb. cap. 7. & alibi. Eandem febrem ephemeram hoc peculiare etiam habere docuit Galen. vt cauſę procatharticæ ſemper ipſam pręcedant. Quid autem obſtat, dicet aliquis, quin etiã à cauſis intrinſecis eadem febris non oriatur?

Omiſſa febre ephemera, alia febris dicebatur accendi in humoribus, vndè humoralis appellata eſt. Hanc Galen. ab humorum putredine ortum ducere aſſerebat. Sed vtrum humores calefacti ſolum; & non putridi eandem moliri valeant? Sanè id inficiari difficilè eſt.

Gal. 1. de dif. feb. c. 6. Humoralium febrium cauſam proximam, & immediatam Galen. putredinem dixit, eodemque modò intrà venas putrifieri humores in his febribus, vt in inflammationibus, vel alijs collectionibus. Quis autem ex medicinæ profeſſoribus intrà venas tales humores itaque putrefactos reſpexerit? Natura ſuperante in

Gal. ibid. inflammationibus optimum fit pus conſpectui album, leue, & æquale, inquit Galen. Ergò ſequeretur quod etiam in febribus natura ſuperante, intrà venas, optimum fieret pus album, leue, & æquale, quod experimentis nõ colligitur: ſiquidem neque in venis diſſectis, neque in ſanguine extracto, vel alijs huiuſmodi, pus album, leue, & æqualè, vnquam mihi viſum fuit.

Galen. idem, dices, febrientium natura ſuperante in vrinis, inquit, aliquid adeſt, quod puri proportione reſpondet, nempè ſedimentum, quod etiam album eſſe debet, leue, & æquale.

Proculdubiò ſedimentum in vrinis inficiari non poteſt. Sed vtrum loco puris adſit difficilè eſt probare, cum etiam peroptimè valentium lotia interdum ſedimento

mento non careant. Vrina inquit Coel. Aurel. habet naturaliter nubeculas: atque ſedimentum, nubecula, ſiuè eneorema, vel nephelin græcè, idem ſunt apud Gal. & ſolum loci ratione differunt. *Coel. Aurel. 1. cronic. c. 6.*

Quartanam febrem, dicebat etiam Galen. tertianam, & quotidianam, ſi continuę ſint, è putrefactis humoribus intrà venas fieri: nimirum à putrefacta bile tertianam, à putrefacta ſolum melancolia quatanam, & ſic de ſingulis. Quis autem ex hominibus vnum ſibi perſuadeat putrefieri, vel putrefactum eſſe intrà venas humorum alijs omnibus omninò illæſis? cum omnes humores adeò ſimul permixti ſint, vt in quacumque parte ſanguineæ maſſæ, ferè dici poſſit, hic reperitur omnis humor, huiuſmodi ſanè nec etiam imaginatio capere poteſt; quod à putrido tangitur, putreſcat & ipſum neceſsè eſt. Et Poeta concinit, Morbida facta pœcus totum corrumpit ouile. Quis reliquos quęſo humores intrà venas exiſtentes inputres efficit? quis in febre quotidiana (ſua natura longa per Hippocr. & Galen.) quis in quartana longiſsima, putredinem intercludat aliorum humorum? Mœcenas Auguſto cariſſimus (refert Plin.) toto vitæ ſuę curriculo detentus fuit continua febre: Et meo tempore Patritius quidam Romanus de' Mazzatoſtis propè montem Quirinalem cum febre continua in modum duarum tertianarum ſe exacerbeſcente, peruenit ad qinquennium vſque, & ex eadem poſtremò obijt. An etiam in his non omnes, vel plures, ſed vnus modò humorum putrefactus erat? profectò id mihi difficilè perſuadeam, niſi dicatur intellexiſſe Galen. hic prædominum humorum; videlicet febrem continuam quotidianam ex pituita fieri, quià pituita putreſcat, exēpli gratia, in alijs humoribus etiam putridis habeat prædominium, non tamen quià omnes in hac febre non putrefiant homores.

Gal. 1. de diff. feb. c. 12. & vltim.

Hipp. 1. epid. conſtit. 1. Gal. 1. ad glauc. cap. 8.

Plin. lib. 7. c. 51. Val. Max. li. 1. c. vlt.

vide Gal. 1. de diff. feb. c. 21.

Sed quatenus etiam id voluerit Gal. humorales præ-
tereà quas dicunt febres ab humoribus ſemper conſtitui
putrefactis, fortaſsè Gal. non exhibebit aliquis?

Colligit. Gal. id ab Hippocr. lib de genitura, & alibi.

Inſuper quæſtio eſſe poteſt in ſententia Galeni circà periodos, vel cauſas periodorum, nimirum inquit ipſe Galen. periodos fieri tales, vel tales propter naturam ipſorum humorum ad talem, vel talem motum, & tertianam exempli gratià moueri de tertio in tertium, quià bilis eiuſdem cauſa etiam de tertio in tertium moueri apta eſt natura ſua, quartanam de quarto in quartum fieri, quià melancolicus humor de quarto in quartum mouetur, & ſic de reliquis.

Hæc. reſp coll. ex Gal. 2 de diff. feb. c. 3. 5. 14.

Sed vndè hoc habeatur quærat aliquis? Reſp. Gal. id primò fuiſſe ratiòne aſſequutum, & bilem de tertio in tertium moueri ſancitum fuit, quotidiè pituitam, vel de quarto in quartum melancoliam; quoniam pituitæ multa eſt in corpore copia: bilis autem non ſemper actu moueri prompta exiſtit, at de tertio in tertium; melancolia verò cum adſit in minori copia, propterea antèquam à natura præparetur, vel ad motum apta reddatur, quartus dies expectandus eſt: Et hac ratione à quantitate humoris deducta, vſus etiam fuit Auic. cum de periodis febrium agebat.

Auicenn.

Secundò bilem de tertio in tertium moueri, quotidiè pituitam, vel de quarto in quartum melancoliam, experientia fuiſſe aſſequutum inquit Galen. cum excrementa ſemper bilioſa in tertiana laborantibus excernantur, pituitoſa in quotidiana, vel melancolica in quartana.

Galen. 1. ad glauc. c. 6. 7.

Verum quid ſi dicatur quod neque rationes, nec etiam experientię valeant in medium allatæ?

Hipp. 2. de morb.

Et primò legimus in Hippocr. ſecundo de morbis, quod ſi bile infeſtatur homo, febris ipſum corripit quotidiè.

Secun-

Secundò ſi prædictæ Galeni valerent rationes, ſequeretur humorales febres ab humoribus non quatenus tales, vel tales ſunt oriri, verum vt quanti ſunt, vel copioſiores, paroxiſmos habere. Et ſi à pituita, exempli gratia, quotidiana enaſcitur, quoniam ſemper moueri intrà corpus pituita eadem apta exiſtit; ab vno eodemque humore (poſità tamen quantitate) omnes febres, omneſque periodi exorirentur. Atque ita non natura, ſed quantitate, vel per accidens, hanc vel illam febrem, hi vel alij humores excitarent. Plin. in natural. refert Craſſum numquàm riſiſſe, quià fortaſſe melancolico ſcatebat humore: & Eraclitus ſemper lugebat in Aeliano legitur. An igitur febre ēt quotidiana corripi ſemper ijdem valebant, ob multum ipſorum melancolicum humorem? Sed quid amplius, bilis in hictericis abundans eādē pariter febrem quotidianam efficere valeret, iuxtà Galen. rationem ſuperius allatam.

Plin. lib. 7. c. 19.

Ael. li. 8. Var. hiſt.

Secundò experimenta dicta falſa ſunt dicet aliquis: cum vna eademque in febre varià excrementa fuiſſe in Hippocr. ſæpiſſimè legatur, atque præſertim in hiſtor. illius, qui in Dealcis horto decumbebat: cui aliàs melancolica, aliàs biliosa, aliàs denique pituitoſa excrementa fuerunt. Theandri vxor, inquit idem Hippocr. pituita alba prædita, acuta febre corripitur; cur non quotidiana quæ longa eſſe ſolet, & à pituita cum Gal. oritur? Marcellus Donatus quendam refert tertianarium cui quotidiè vomitus erat pituitæ, & nonnumquā ad tantam quantitatem, vt pondus accederet ad tres libras. Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D.D. Federicus Sfortia de anno 1621. quartanarius autumnalis, in acceſſionibus ferè ſemper biliosas patiebatur vomitiones. Helidæus, refert Schenchius, ſecuit in hoſpitali Bononienſi virum quendam, qui febre quartana, qua diù conflictatus fuerat, tandem mortuus erat,

Hipp. 3. epid. ægro 3.

Hipp. 4. epid.

Marcell Donat. hiſt. mirabil. l. b. 4. c. 3.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

reperit poſteà quam autem cadauer iſtud aperuit *in corde, venis, & quaſi omnibus membris fruſta magna, longa, alba, pituitoſa. An quartana hic à pituita fieret? Vidit Helidæus diligentiſſimus pituitam, non verò melancoliam cauſam febris ſuperioribus decantatam; & velle affirmare quod non videtur, inficiari è contrà quod non luceſcit pyrrhonicum eſt: Medicus eſt artifex ſenſatus, & quæ ſenſus docet credere debemus: haud autem falſis rationibus,à quibus facillimè hallucinamur. Quis æquidem non videt ex pragmaticis in vna eademque febri vrinas, purgamenta per ſeceſſum, vel alia huiuſmodi,non ſemper eadem, at multiplicia eſſe?

Et quatenus allata ſuperius experimenta vera eſſent, non tamen ſequitur conſequentia, tertianam, exempli gratià, à bile fieri ex eo quià bilioſa in ea conſpiciantur excrementa: ſiquidem febris interdum bilem efficit, non tamen ex bile febris, etiam ſi reſpiciatur. Mirandum profectò non eſt, inquit Galen. ſi in acutiſſimis febribus ſincera bilioſa gignantur in corpore, cum & adeps, & caro mollis, & recenter concreta colliqueſcat ex huiuſmodi febribus, ſanguiſque torreatur. Exuritur enim à febre ſanguis, inquit Hippocr. & ideò in febribus bilioſa videntur.

Gal. in lib. de art. com. 2, t. 20.

Hipp. 1. de morb. cum de tuberculo in pulmone.

Sed dices, ſi quoniam ſanguis exuritur bilioſa generantur in febribus; ſequeretur etiam quod in omni febre bilioſa excrementa reſpicerentur.

Profectò audeam hanc affirmare concluſionem, vt plurimum vero, & in febre ſatis magna, vel perſeuerante; tum quià experientia ipſa hoc idem oſtendit, tum etiam quia adſciuit idem Hippocr. in lib. epid. in quibus miratus ſum aliquandò in omni febre, & cuiuſcumque ſpeciei bilioſa excrementa obſeruata fuiſſe, ſed non mirum cum talia à febre torrefaciente fiant, vt Galenus paulò ſuprà edocebat.

In

In febribus prætereà intermittentibus humores in carnoſo genere putrefieri Galen. docebat. An verò & ſi humor in carnoſo genere putrefactus, continuas, valeat nihilominus efficere febres? Experientia id comprobat clariſſimè in inguinum tumoribus à quibus omnes febres malæ, præter diarias, inquit Hippocrat. Conſtat nec non etiam in alijs inflammationibus, in quibus tametſi putrefacti adſint in carnoſo genere humores, nihilominus continuas efficiunt febres. Neque dicas in talibus etiam intrà venas putrefactos fuiſſe humores. Siquidem vt id gratis affirmatur, ità etiam gratis negari valet.

Gal. 2. de diff. feb cap. 3 & alibi.

Hipp. 4. aph. 55.

Inter febres humorales meminit quoque Galen. σύνοχον, & hunc ὁμότονον, ἀναβαθμικὸν, vel παρακμαστικὸν eſſe docuit, videlicet eodem modo ſemper ſe habentem, aut ſemper ſe augeſcentem, vel denique à principio vſque ad finem paulatim decreſcentem. Et ſanè à principio vſque ad finem, eodemq; modo ſemper dari poſſe febrem quis credat niſi viderit? cum febres pugna quedam naturæ dicantur inferius: atque dimicationem dari poſſe inter duo ſibi maximè infenſa, eodemque modo ſemper ſe habentia, creditù difficilè eſt: cum philoſophicè loquendo omne agens agendo repatiatur: patiuntur enim, inquit Ariſtot. & agunt contraria à ſe inuicem, & corruptiua inuicem ſunt. Igitur in omni actione, vel augumentum, vel decrementum exiſtit, & ex febribus vel augeſcentes ipſæ erunt, vel decreſcentes, non tamen perpetuò eædem exiſtentes.

Ariſt. 4. de generat anim. c. 3. 3. phyſ t. 8. 16. & alibi.

Synochum eundem aut putridum, vel imputridum eſſe Galen. idem docebat, atque non putridum à ſolo ſanguine ferueſcente fieri, putridum verò tum à ſanguine putrefacto, tum etiam ab alijs humoribus item putrefactis. Sed quæ cauſa eſt vt non à bile,

cœteriſque non putrefactis, at ferueſcentibus humoribus etiam ſinè putredine ſynochi fieri poſſint? quæ quidem maior eſt de ſanguine ratio, quam alijs de humoribus? An quià non poſſunt etiam efferueſcere alij humores abſque eo quod putrefiant? Sanè bilem calefieri poſſe, & ſymplici eiuſdem calefactione accendi febrem, ſi rectè memini, docuit Auer. Igitur etiam de alijs humoribus idem dici poterit.

Auer. in coll.

Tertio loco ſequitur febris hectica, cuius cauſæ omnia illa ſunt apud Gal. quæ partes calidas, & exiccatas reddere valent: vt ira, longum ieiunium, vlcus, febris præcedens, & alia his ſimilia. Et hæc quoad Galenum.

Gal. 1. de diſ. feb. c. 9.

Non deſunt autem, inquit Trall. qui in vniuerſum febrem numquam à putredine fieri pronunciarunt: at in venis humores ardeſcere, non putrefieri. Si etenim à putredine, inquiunt, febres proficiſcerentur, cur tandem non etiam lumbrici, aut aliæ quædam beſtiæ in vaſis, ſi putrefactio eſt, gigni cernuntur, quemadmodum in ventre, alijſque particulis?

Trall. lib. 12. cap. 2.

Hæc opinio experimentis non correſpondet, febres à putrefactione oriri aliquãdò oſtendentibus. Animalia generantur, inquit Plin. corpus exeſura: Animalia, inquam, cuiuſmodi vermes ſunt, quos intrà venas, & in ſanguine ipſo, intrà pericardium, in ventriculis ipſius cordis, vel ſimilibus alijs partibus, interdum deprehenſos refert Schenchius. Et profectò quibuſcumq; à febre interẽptis ſi aliqua prẹſtaretur diligentia, fortaſsè non modò vermes, ſed alia magis præter naturam intrà vaſa cadauerum inuenirentur.

Plin. lib. 26. c. 13.

Schench. lib. 2. obſ. med. lib. 3. & alibi.

Nonnulli verò medicorum ſubiunxit Trall. nullam prorſus in venis putredinem fieri, ſed magis in ventre exiſtimarunt: eiuſque rei fidem faciunt tum ex vermibus qui in eo generantur, tum ex recrementis ſubductis,

Trall. ibidem.

quæ

quæ & malum odorem, & ad putredinem nihilominus inclinationem repreſentent: Indicant hòc etiam vomitus qui crebrò tam perfectè febres exciderunt, vt æger non amplius malam acceſſionem ſit expertus, iam alios rurſus à febre liberatos ex vna, & ſola ſorbitione, vel iniectione conſpexiſſe. Vndè, dicet aliquis, putrefactio in venis minimè, ſed in ventre fit in putridis febribus.

Hanc ſententiam recenter, & doctiſſimè, Ceſalpinus impugnauit. Neque verum eſt foetorem ſemper olere febricitantes, atq; lumbricos, vel alia ſimilia animalia videri. Cliſteribus etiam ægri, & vomitibus iudicantur, vtiq; Igitur in inteſtinis febres enaſcuntur, conſequentia non valet: cum abſceſſu, ſudore, mictionibus, cœteriſque alijs leuentur febrientes, & nihilominus in veſſica, articulis, parte carnoſa, vel alijs ſimilibus locis, febres ſemper oriri non dicimus. *Ceſalp. 2. art. med.*

Sed dices, rigores inquit Hippocr. in ventre ſuperiori magis fiũt, febres autem in inferiori. Igitur non in venis, ſed in ventre fit putrefactio humorum. *Hip 6. epid.*

Reſpondetur Hippocr. reſpectiuè loquutum fuiſſe, ſuperioris videlicet reſpectu ventris, in hoc rigores magis, in illo autem calores, vel febres enaſcuntur: & ratio eſt, inquit Valleſ. quoniam ventriculus longè acutioris eſt ſenſus, & inteſtina remiſſioris caloris: hæc ergò parata ſunt ad putreſcentiam (cum præcipuè ſint naturalia receptacula excrementorum) ille ad dolorem, & mordicationis ſenſum: cum igitur ſentientium partium irritatio rigorem, & putredo febrem faciat, ſit ventriculus paratior ad rigores, & inteſtina ad febres. *Vall. 6. epid. ſect. 5. t. 30.*

Sed præter hos recenſitos de febrium cauſis, alij etiam fuere, alteriuſque ſententiæ. Fernelius humores putrefieri in febribus concedit, at ſemper in venis: in carnoſo autem genere, vt Galen. docuit, nequaquam, *Fernel. c. de intermit. feb. materia.*

ſed

ſed putrefactos ſemper à venis effundi pro febre inter-mittente fienda.

Ceſalpin: loco dicto. Hanc ſententiam adſciuit Ceſalpinus, ſed contrà ſic Galen. ſectator inſurget. Si humores intermittentem febrem efficientes prius in venis putrefacti exhiberentur, ſequeretur continuas febres, intermittentes ſemper præcedere, quia cauſa neceſſaria neceſſariò agit; quid enim, dicet idem, qui facturi ſunt febres intermittentes intrà venas putrefacti humores, tunc temporis moliuntur? otiari dici non poteſt; ergò febrem efficerent continuam ſemper antè intermittentem, quod experimentis non correſpondet.

Fernel. ibid. Galen. ad glauc. c. 5. Idem prætereà Fernelius cum Iacobo Syluio, & auctoritate etiam Galeni, varietatem febrium varijs viſceribus aſcribebat: nimirum quartanam febrem in liene fieri, quoniam & ibidem quoque melancolia reſidet, tertianam in hepate, quià folliculus fellis ibidem adſit; quotiadam in ventriculo, quià numquam hic pituita caret.

Trincau. in ep. lib. 1. Hanc opinionem reiecit Trincauell. optimè, & experientia febrium ex bubonibus, alijſque collectionibus, febres interdum fieri conſtat, nullo ex viſceribus dictis malè affecto.

Sed de Fernelio quidquid ſit, Saluſtius Saluianus neotericus author (cuius ſententiæ antè ipſum alios quoque fuiſſe, recenſet ſuprà Trall.) febres, inquit, quas putridas appellamus, non ab humorum putredine fiunt, ſed ab eorundem præternaturali tantum excalefactione: Et ſi contingat vt ab humorum putredine fiant, huiuſmodi febres peſtilentes ſunt.

Trall. loc. ſuprà citat. Ioub. in paradox.

Profectò humorum excalefactionem in febribus adeſſe negari non poteſt, ſed qua ratione calefiant? quo etiam modo Saluiane excalefactio ſimplex periodos efficit, febriumque repetitiones? inexplicata hæc derelin-

relinquenda non erant, & ſicuti gratis putredinem in febribus etiam non peſtilentibus interdum inficiaris, ità ſymplèx excalefactio denegari tibi poteſt.

Sed quæ tandem erunt cauſæ febrium? Cum Ariſt. in phyſicis omnium rerum cauſæ quatuor ſint; efficiens, materialis, formalis, atque finalis, Cauſa efficiens febrium diuiditur in eam quæ extrinſecè afficit, atque illam quæ inxtrinſecè agit. Primam græci quoque procatharticam dixere; cuiuſmodi aer, cibus & potus, motus & quies, ſomnus & vigilia, aliæque huiuſmodi ſunt res non naturales appellatæ.

Sed omiſſis nunc cauſis procatharticis, quæ nam ſunt cauſæ intrinſecè febres efficientes? Vtrum cauſa febrium intrinſeca, & immediata vnicus ſanguis affirmari veleat? Profectò non contemnenda opinio hæc, & antequam ad vlteriora me feram, ſciasbenigniſſime lector, ſanguinem in corpore eſſe rem omnium naturalium pretioſiſſimam; in tantum vt non modò corporis, verum etiam & animi actiones ab aliquibus eidem tribuantur. Audiamus in hoc loquentem Hippocr. Inter omnia quæ in corpore ſunt nihil magis ad prudentiam confert quam ſanguis: cuius etiam prauitas, vt animus moereat, perturbeturque, & malum accerſat. De eodem intelligebat, cum in hoc anima, loquebatur alibi idem Hippocr. mens, prudentia, augmentum, motus, immutatio, permutatio, ſomnus, vigilia, hic omnia per omnia gubernat, & hæc, & illa numquam quieſcens. Diogenes, Critias, Cleantes, Chriſippus, Zeno, & quidam alij animam hominis in ſanguinem, vel ipſius ſpiritum retulerunt. Ariſtot. animi mores à ſanguine proficiſci docebat: Vndè militaris animaduerſio fuit, inquit Gell. iubere ignominiæ cauſa militi venam ſoluere, & ſanguinem dimitti: quaſi moribus haud ſani viderentur homines qui delinquerent. Audiamus

Hipp. lib de flat. & virg.

Hipp. 1. de diæta.

Gal. refert 1. de Hipp. & Plat placit.

Ariſt. lib. de part. animal.

A. Gell. li. 10. cap. 8.

etiam

Plin. lib. ij. c. 38. etiam Plinium: ſanguis quibus multus, & pinguis iracundia, magna, & in eo vitalitatis portio, emiſſus ſpiritum trahit ſecum, & tamen tactum non ſentit: animalium fortiora quibus ſanguis craſſior, ſapientiora quibus tenuior, timidiòra quibus minimus: at quibus nullus habetia. Et inferius: Vim ſanguinis, ſubdit, ad minima momenta mutari; non modò tantum in ore ſuffuſa materia, verum ad ſingulos animi habitus, pudore, ira, metu, palloris pluribus modis: item ruboris: aliùs enim iræ, & alius verecundiæ, nam & in metu refugere, & nuſquam eſſe certum eſt. Multiſque non transfluere transfoſſis, quod homini tantum euenit, nam quæ mutari diximus, calorem alienum accipiunt quodam repercuſſu, homo ſolus in ſe mutat, morbi omnes, morſque ſanguinem abſumunt. *Leuit c. 17.* In Leuitico, Anima omnis carnis in ſanguine eius eſt, legitur. *Lemnius 1. de occult. nat. mir. c. ij.* Vita ſiquidem, inquit Lemnius, atque animantis cuiuſque ſpiritus in ſanguine ſubſiſtit, eoque alitur, ac fouetur, vt elichnij flamma affuſo oleo. Huiuſmodi, & alia plura de ſanguine leguntur; quibus omnibus etiam omiſſis, iam ſanctiſſima Mater Eccleſia, & optimè, ſanciuit, atque ità etiam pro veritate credendum eſt, animam non eſſe ſanguinem, nec quid naturale, ſed ſpiritum quendam immaterialem, incorruptibilem, & ex nihilo à ſummo Deo creatum, ad noſtri corporis in hoc orbe patrocinium, & conſeruationem. Quidquid inquam ſuperiores dixerint magni viri, ſatis eſt nobis, ſanguinem ità in corpore reperiri, cum Galeno, vt anima eodem vtatur ad omnes functiones tanquam principaliſſimo inſtrumento; & ſic vitam dicebat Ariſt. ipſiuſque animæ ſtatum, non poſſe niſi quodam cum calido, ideſt, ſanguine permanere. Auic. ſanguinem vitæ theſaurum dixit: nimirum in eodem cunctorum exiſtit vità. Et denique Poeta concinens, vitam cum

Galen. 5. de ſymptb. cauſ. cap 4. Ariſt. lib. de ſpirat. c. 10. Auic. lib. 1. fen. 4 c. 20 li. 3 fen. 16. tract. 5 c. 1.

ſanguine

ſanguine fudit, inquit. Cum itaque ſanguis tam pretioſa res ſit, adeò nobile & principale naturæ inſtrumentum, probabile eſt quoque eundem calefactum ſinè medio febrem accendere; cunctæ ſiquidem facultates in corpore exiſtentes febrientibus afficiuntur: Ergò mediante aliquo, dicendum eſt, quod eiſdem etiam facultatibus inſeruiat. Sed huiuſmodi nihil eſt aliud in corpore præter ſanguinem. Igitur ſanguis etiam eſt à quò febres immediatè naſcuntur.

Quod autem ſolus ſanguis ſit, qui omnibus ſeruit in corpore facultatibus res, eſt clariſſima (intelligendo tamen ſub hoc nomine ſanguinis in præſenti arterialem, ſiuè eius partem ſubtiliorem, quam antiqui ἐνορμῶν appellauere; Ab huiuſmodi ſiquidem ſanguine res omnes naturales in corporibus noſtris efficiuntur: quinimò & animi quoque actiones aliquo modò adiuuantur, vt communis eſt opinio. Anima inquit enim Ariſtoteles calido vtitur, & idem calor ad exequenda officia omnium maximè vim obtinet. [Soranus in Iſagog. c. 9.] [Ariſt. lib. de comm. motu cap. 6.]

Sed dices quo modò, & à quo ſanguis calefit dictus?

Planè calefit omnis ſanguis à corde, quod duos habet, cum Hippocr. ventriculos (quamquam Ariſtot. tres deindè poſuerit) diſcretos, neque communicantes, denſos, interna ſui parte apertos, & velut ſubcorroſos, magiſque ſiniſtrum, quam dextrum; nam inſitus à natura ignis non eſt in dextro, ſubiungit Hippocrat. & roboris caloris cuſtodiendi gratià, craſſius intus conſtrictus eſt ſiniſter ventriculus. A corde igitur, etiam in febribus, ſanguinem calefieri affirmabimus, & huiuſmodi ratione quam in præſenti declarabo. [Hipp. lib. de corde.] [Ariſt. lib. de ſomn. & vig.]

Exiſtente intra corpus aliqua re præter naturam, vt putà humore corrupto, vel alterato, vlcere, vulnere, veneno, obſtructione, vel alijs huiuſmodi, quæ

corporis

corporis functionibus obnoxia ſint (quæ etiam mediatæ cauſæ intrinſecæ, vel antecedentes à nobis, vel alijs nuncupantur) natura eadem tanquam ſibi noxia expellere cupit, & ſanguine ſupradicto in arterijs contento veluti principaliſſimo inſtrumento vtitur: Retrahitur inquam à facultatibus hic ſanguis ad cor, ibique conſtringitur, vel parumper retinetur, vt calidior fiat, atque robuſtior: ſpiritus enim detentus robur facit per Ariſt. in paruis naturalibus. Ideò ſanè cum à ſomno, exempli gratia, expergiſcuntur homines, calidiores, validioreſque ſunt, quam anteà; quoniam ex retractione per ſomnum facta ſanguis à corde calidior factus eſt. Sic igitur, & febrientibus accidit; acquiritur nempè à ſanguine, vel ſpiritu, in corde calor, & fortior fit, fortior factus ſpiritus ab eodem corde procedit, vel potius dimittitur (vt illud nempè quod in corpore ſtabulatur noxium melius etiam expellatur) dimiſſus, per totum, vel plurimas corporis partes diffunditur, atque eas partes quò peruenerit adeò calefacit, exiccatque, vt etiam febricitare aſſerantur; & ita febris generatur, vel acceſſio fit eiuſdem.

Lib. de ſomn. & vig.

Si autem res præter naturam intrà corpus exiſtens, facultatibus, earumque functionibus obnoxia, parua ſit, leuis, & naturæ præceptis obediens; ſanguis maiori illo ſuo nuper adepto calore, facultatibus corporis occurrendo, eandem de facili protruſam reddit, corpuſque ſanatur. Vt è contrà exhibito caſu rem dictam prẹter naturam, & corporis functionibus obnoxiam, grauem eſſe, nec naturæ parentem: tunc ſanguis iterum ad cor retrahitur, pluries à corde magis calefit, pluries cum facultatibus ergà quod noxium inſurgit vt magis, magiſque corpus, & non naturaliter quoque lefaciens, tandem vita ipſa deſtituatur.

Deficit verò vita eadem ratione, quam Hipp. deſcribebat,

bebat. Anima hominis, inquiens, ſemper producitur vſque ad mortem (ſubiectiuè animam hominis hic intelligit Hippocrates) ſi verò efferbuerit, vnà cum morbo etiam ſanguis corpus depaſcitur. Et alibi, conniuentque venæ in corpore omnes vt potè ſanguine ex ipſis à febre exuſto. Et quicumque à febre ardente moriuntur, omnes præ ſiccitate moriuntur; & reſiccantur primum quidem extremæ ipſorum partes; manus, ac pedes, deindè partes ſicciores. Vbi autem humiditas à corpore fuerit penitus exuſta, ac reſiccata, ſanguis quidem congelatur penitus, ac perfrigeratur: reliquum verò corpus exiccatur, & ſic homo moritur. Sanguis igitur, vel ſpiritus vitalis, ſuis maximis, atque repetitis calefactionibus humidum conſumit, corpuſque exiccat, quo deindè ſiccato impeditur concoctio, cum hæc in humido celebretur, deficiente concoctione corpus non nutritur, ſanguis, & ſpiritus non augetur, deficit cordi, vel ipſius calori alimentum, deficit poſtremò vita ipſa; vita inquam, quæ veluti ignis eſt, & ſimul cum pabulo viuit, vel extinguitur: nos etenim tamdiù viuimus, quamdiù alimur docebat Ariſt.

Hipp. 6. epid. ſect. 5. & 4 de morb.

Hipp. 1. de morb. de tuberculo in pulmone.

Ibidem de febre ardente agens.

Ariſt. 2. metheor. c. 2.

Quod autem retrahente ſe ſe ſanguine ad cor febris generetur, patet primo ex contractione arteriarum, vel ſyſtole maiori, quæ omnium conſpicitur in principio febrium; ſubeunt; & quieſcunt in hoc tempore venę, inquit Celſus; quià videlicet retrahuntur ſpiritus ad arcem ſuam cordis, vt magis calefiant, vel eualeſcant; & poſtmodum exeundo per corpus, cum re præter naturam acriter pugnent. Vndè etiam Plato, ſanguis, dictitabat, per omnia membra circumfertur, & ad cor tanquam ſatellites ad arcem recurrit.

Celſ. lib. 3. c. 6

Plato in Thimeo refert Galen. lib de format fœt.

Secundò ſanguis in omnibus alijs retractionibus ad cor ſemper calidior euadit; vt ſomnus, timor, dolor, ira, & ſimiles alij animi affectus idem oſtendunt. Ergò etiam

in febribus eadem ratione calefieri dicendum eſt.

Tertiò difficilis, tuſſiculoſa, & calidior eſt in principio febrium ægrotis reſpiratio: & nulla ſanè alia ratione, niſi quoniam cor, eiuſque vicinia magis calefiant, & ex retractione ſanguinis ſupradicta ad eaſdem partes, vt iam iam dicebatur.

Neque dicas in hoc caſu cor affici à vaporibus ex parte affecta eleuatis, ſiquidem id dicitur, non tamen oſtenditur; quid enim eſt quod vapores adeò ordinatè eleuat? per quas vias tranſeunt ijdem vapores, vt prius non ſentiantur à febriente? non relinquendus eſt ſenſus pro imaginatione; ſenſu ipſo conſtat cor affici in febribus, ad illudque ſanguinem recurrere, qui poſteà calidior factus, corporis partes repens, magis atque magis calefacit, & febrientes reddit.

Et ex his luceſcat pariter quo modo fiant periodi febrium: qui nihil aliud ſunt quam pugna naturæ, vel facultatum, cum re præter naturam, corporique infenſa: non autem per ſe ſunt periodi ipſorum, vt creditur, humorum motus, morborumque inuaſiones. Cum etenim magis atque magis natura ab aliqua re morboſa, nempè à cauſa mediata corpus infeſtante, ſollicitatur: tunc frequentius ſanguis ad arcem cordis retrahitur, frequentius fiunt, quæ dicuntur inuaſiones, vel febrium paroxiſmi. E contrà verò accidit ſi leuiter natura infeſtetur.

Non obſtat etiam quod febrium quæ dicuntur acceſſiones adeò fiant ordinatè nonnumquam: quinimò id fauet ſententię noſtrę: namque ſi inuaſio febris, vel acceſſio ab ipſa febre vt morbo fieret, vel humoribus corruptis, vt dicitur; ſanè ordinata non fieret: cum ijdem morbi, vel humores cauſæ febrium periodicarum dicti, tanquam res præter naturam, ordine, vel regula maximè careant per Ariſt. At verò quoniam à natura,

Ariſt. 3. cœli tex. 24.

natura ; vel facultatibus gubernantibus (iuxtà noſtram ſententiam) acceſſiones fiunt febrium: ideò etiam ordinatiſſimè nõnumquam accidunt. Facultates quandoquidem corporis, quotieſcumque validæ ſunt; ſuis à natura ſtatutis, ordinatiſque temporibus mouent: vt è contrà inordinatè, cum imbecilles ſunt; neceſſitas vrget, cogit, vel huiuſmodi. Exempla de hac re habemus plura, atque præſertim in aſthmaticis reſpiratio, ſi grauetur, non fit regulata. Claudi, vel tenelluli pueri, ordinatam non ferunt ambulationem: quià videlicet facultates inſeruientes non adhuc valentes ſunt, vtque imbecilles motum regulare non poſſunt. Idem denique accidit in pulſatione arteriarum inæquali; malè profectò ſe ſe habentibus earundem facultatibus, pulſus inæquales, inordinati, vel intermittentes efficiuntur (atque propterea etiam vt peſſima ſigna, huiuſmodi à medicis recipiuntur) eadem igitur ratione in febribus, ipſorumque periodis, inordinatio conſpicitur: natura videlicet non valente, vel coacta, vt aſſerebam, earundem febrium motus, vel periodos quià regulare non poteſt.

Sed perpulchra, & non leuis etiam nunc oritur dubitatio: ſiquidem acceſſiones febrium tertianariæ fiunt vt plurimum, quartanariæ, quotidianariæ, vel huiuſmodi, queritur ergò cur id accidat, ſi eædem à natura fiunt omnes? quæ maior eſt ratio vt huiuſmodi fiant in diebus, quam alijs temporibus?

Sanè huic petitioni ſatisfecit, ſententia mea, Hipp. cum humores in ſano homine tertia die exire docuit, & alibi; In paribus diebus, inquit, corpus de ventriculo trahit, in imparibus verò dimittit; qua de cauſa fit vt febris in imparibus quoque diebus dimittat. Febris inquit Hipp. in imparibus diebus dimmittit, quià (ego dicerem) acceſſio, vel paroxiſmus quædam eſt euacuatio, *Hipp. 4. de morb. & in acut.*

cutio, vel rei febrem efficientis dimiſsio, à natura mediantibus ſpiritibus calidioribus factis celebrata, & quod ſibi noxium eſt protrudere conante (Et eadem cauſa eſt, per Hippocratem, vt criſes in diebus exacerbationum magis fiant, quam alijs temporibus: aliæque omnes euacuationes in paroxiſmi die magis etiam proſpiciantur; quoniam, ſcilicet, natura, tunc temporis, quæ ſibi noxia ſunt, vel ſuis operationibus, excernit, expellitque) Vndè motus tertianarius, ſequitur, magis etiam naturalis eſt quam alij: propè hunc quartanarius, quotidianarius, vel huiuſmodi alius, prout numero tertianario magis, vel minus propinquus erit. Tertianariæ inſuper acceſsiones, quartanariæ, vel ſimiles eadem ratione frequentius videntur, quam aliæ: inditum ſiquidem eſt naturæ ab initio, iiſdemque diebus mouere magis quam in alijs. Et cum Poeta concinens.

Hipp. loc. dicto id aſſerit.

Virg. 1. Georgicor.

Continuò has leges æternaque fœdera certis. Impoſuit natura diebus.

Cunctis viuentibus, inquit etiam Ariſt. poſuit natura ſuos terminos motus, magnitudinis, vel durationis. Eadem eſt ratio amplius vt tertianariæ circuitiones febrium, meliores, breuioriſque iudicationis à medicis recipiantur; è contrà mali moris, vel diuturnas indicant alijs in diebus ſe ſe exacerbeſcentes febres Hippocr. Gal. & alii communiter: Alij ſiquidem motus præter tertianarios minus naturales ſunt in corporibus noſtris, & eo etiam minus quantum à tertianario recedunt. Et ſic, tertius autem dies decretorius eſt, fortaſsè Ariſt. in probl. propterea etiam dicebat. Homerus in Iliad. Liberationes à morbo fiunt impari dierum numero, hoc eſt tertia quolibet die, & denique Hipp. maximè imparem numerum vereri oportet, nam hi dies in alterutram partem inclinare faciunt.

Ariſt. 2. de generat. & corrupt.

Hipp. in hiſt. Philiſci & 1. epid. ſect. 2. conſt. 3. Gal. 4 aph. 36.

Ariſt. 26. ſect. probl. 15.

Hom. 1. Iliad.

Hipp. in acut. & 4. de morb.

Sed

Sed huiuſmodi nunc omiſſis periodis, vel paroxiſmis græce, conſtat cauſam efficientem febrium immediatam ipſum ſanguinem, vel ſpiritum vitalem eſſe à corde magis calefactum, & reliquis corporum partibus diſtributum.

Cauſæ verò mediatæ, & antecedentes appellatæ plures ſunt apud me: humores vt putà corrupti, vel alterati, vlcera, vulnera, flatus, tumores, venena, & alià ſimilia naturæ functionibus obnoxia: queq; cauſæ eſſe valent, vt arteriarum ſanguis excaleſcat eodem modo, & forma quibus ſuperius enunciabamus.

Subiectum, vel cauſa materialis in qua febris, ſi de totali intelligatur, totum eſt corpus vt alibi declarauimus, ſi verò de particulari non vna ſed plures ſunt febrium cauſæ particulares: præſertim verò cor quod primò calefit, vel febricitat: cum Ariſtot. verò pulmo, his verbis, Febrium principium à pulmone ducitur. *Ariſt. probl. 4. ſect. 34.*

Tertio loco enumerabatur cauſa formalis, illa videlicet quę rei dat eſſe, & quam Ariſt. ſpeciem rei appellabat. Quod verò febrem in eſſe ponit ipſemet calor eſt præter naturam appellatus, & vel in totum, vel plures corporis partes diſtributus. *Ariſt. 2. phiſ. tex. com. 26. et 1. phyſ. com. vlt.*

Vltima cauſa dicebatur finalis, atque hanc vtrum habeant febres, breuiter reſpondetur, non habere febres vt febres ſunt, ſed naturam, ſiuè facultates eiuſdem naturæ inſtrumenta, omneſque febres conſtantia, vt ſuperius, dictum eſt, & alibi infrà melius declarabitur.

CAPVT QVINTVM.

Vbi arguitur aduerſus ſententiam Authoris circà cauſas febrium.

ADVERSVS ea quæ ſuperiori capite dicta ſunt, ſtudioſus ſic primò dicet. Sanguis, ex Hippocr. natura non eſt calidus, neq; enim alia aliqua aqua. Igitur non poteſt eſſe cauſa febris calidiſſimæ rei, vt ſuperiori capite dictum fuit.

Hipp. lib. de corde.

Huic argumento reſpondet primò idem Hippocr. in lib. de morbis, cum ſanguinem bile calidiorem eſſe docuit. Secundò Ariſt. & Celſus, illum ſanguinem natura frigidum affirmarunt, qui in venis reperitur, non autem in arterijs, & à quo febres immediatè fiunt, ſanguis videlicet arterialis, vel eiuſdem pars ſubtilior, è ſiniſtro cordis ventriculo per arterias effluens, febres in eſſe ponit: cum idem omnium rerum, etiam bilis ipſius, res calidiſſima intrà hominem ab Hippocrat. dicatur.

Lib. de morb. in calce.

Ariſt. 2. de partib. animal c 3.

Celſ. l 4. c. 3.

Hipp. lib. de principijs.

Quod autem arterialis ſanguis ſit, vel eiuſdem pars ſubtilior, febres efficiens; patet vlterius ex decoloratione, quam patiuntur febrientes in ipſo præſertim principio febrium, cum ſpiritus ijdem retracti ſunt. Colorum namque mutationes corde aſtringente venas, ac laxante fiunt, inquit idem Hippocrates; laxante quidem rubicundi colores fiunt, & benè colorati, ac pellucidi: conſtringente verò virides cum pallore, & liuidi, licet etiam tales euarient iuxtà præſentes in vnoquoque colores.

Hipp. lib. de nat. oſſium.

In principijs earundem febriũ exteriora egrorum, vel frigeſcunt, vel tepidiora ſemper fiunt: & eadem prorſus ratione dicta: arteriæ nimirum conſtringuntur,

contra-

contrahunturque ſpiritus, à quibus omnis calor in corpore diſtribuebatur. Sanguis igitur nimium excaleſactus arteriarum eſt ſolus, vel eiuſdem pars ſubtilior, à qua febres immediatè naſcuntur.

Verum quà ratione ſanguis calefiat à corde dices?

Superiori capite iam fuit id explicatum ſatis. Ignis igitur (inquit etiam Hipp.) penitiſſimè ad intima obturatus, plurimus eſt, & maximum exitum facit; concluſio igitur arteriarum, & cordis ventrinculi, eſt in cauſa vt ſpiritus calidiores fiant, vt enim ignis diffuſus minus calidus, vnitus verò, & in corde concluſus calidior euadit, magiſque caleſacit: ſic etiam ſpiritus ad intima cordis retracti calidiores efficiuntur, & febrem faciunt. *Hipp. 1. de diæta.*

Præterea calefit ſanguis in corde ratione motus: motus enim caloris cauſa eſt per Ariſtot. hicq; motus in principio febrium etiam celerior obſeruatur in ægris: Motum namque cordis, & arteriarum licet Galen. ideò fieri dixerit, vt diaſtole calor vitalis refrigeraretur: Syſtole verò ſi quid fuliginis, à ſuccorum aduſtione in ventriculis cordis, vel ipſis arterijs contractum eſſet, id è veſtigio excerneretur: tamen, quibuſdam cum antiquiorum potiorem cauſam putamus eſſe calori, cum generationem, tum etiam conſeruationem: vt ſanguis in corde, & arterijs contentus aſſiduò motu cum calefiat, tum etiam calefactus conſeruetur, propterea arteriæ, & cor mouentur. Et ſic in ſe exercentibus, exempli gratia, pulſus maiores, frequentioreſq; adoriuntur; quoniam ſcilicet in exercitio multo opus eſt calore; propterea venæ citius pulſant, magiſque mouentur: nempè vt calor augeatur in ijſdem arterijs, atq; partibus ſe exercentibus non deficiat. *Ariſt. 2. coeli 42. & alibi. Gal. li. de vſu pulſ. & primo de eorund. cauſ. Galen. 8. de Hippocrat. & Plat placit.*

Sed dices pulſus accidentalis eſt (inquit Ariſt.) nec finem *Ariſtot. lib. de ſpiratione.*

ſinem habere videtur ob quem fuerit inſtitutus, & à calore vehementer in humidum agente neceſsè eſt quę in flatum reſoluuntur partes ob verſationem bullas excitare: ità pulſum quoque fieri in animali par eſt. Non, enim finis gratià, ſubiungit ibidem Ariſtoteles, pulſus efficitur, ſed actionis neceſſitatem ſequitur; caloris videlicet ipſius in humidum. Et Ruffus Epheſius, humoris incaleſcentis flatuoſam elationem eundem pulſum aſſerebat.

Ruff. epheſ. c. 8. de humani corp. appel.

Et altera verò parte fortuitæ res nec ſemper, nec magna ex parte incidunt per eundem Ariſt. Nullus profectò ordo pulſandi adeſſet in arterijs, & corde, ſi pulſationes dictę non à facultate quadam vitali fierent, ſed per accidens ex ipſo ebullienti ſolum ſanguine. Id ſanè veriſimile non eſt: cum dicta ſanguinis ebullitio, quam Ariſt. ponit, vniformiter non poſſit eſſe in qualibet parte arteriarum, ſed in corde magis vbi eſt fons caloris, dicenda eſſet, deindè in partibus cordi eidem viciniorib us, mox in minus propinquis, in remotis, vel remotiſsimis denique: nullibi inquam arteriarum pulſus eſſet æqualis; ſed in vna parte maior, in altera minor; & ſic prout cordi magis alienæ, vel propinquæ partes, minus, vel magis etiam arteriæ pulſarent, atque in omni ferè parte pulſus differentes denique ab alijs eſſent, & nullibi corporis arteriarium motus ſecundum ſe reſponderent, quod experientia non conſtat.

Ariſt. lib. de preſenſione per ſomn.

Neque obſtat quod Ariſt. alibi pulſus dixerit eundem non ſeruare tenorem, & æqualitatem ad partes longè inter ſe diſſitas: ſiquidem, vt iam iam dicebamus, ſi pulſus ab ebullitione ſanguinis fieret, non ad partes longè inter ſe diſſitas, ſed in quacumque ferè arteriarum parte diuerſus eſſet. Igitur vel non eſt diſſimilis pulſatio in arterijs, aut ſi eſt, huiuſmodi in extremis partium reperietur; nimirum frequentius pulſent

Ariſt. lib. de ſpiratione.

Digitized by Google

ſent arteriæ externæ, quià frigidioribus ſint in partibus: & vel patrocinio præſentium ſpirituum, vel eorundem recenti cumulatione, celeriter, atque celeriter moueantur.

Non igitur ebullitione ſanguinis in arterijs celebratur pulſus, ſed quià in corde, & arterijs vis quedam indita eſt, à qua pulſationes eædem emanant: quarum opera poſtmodum in ſpiritibus detentis calor, cum augetur, cum etiam conſeruatur.

Neque obſtat etiam, quod ab aſſumpto alimento, exempli gratia, alterentur eædem arteriæ: ſiquidem non id accidit, propter ſanguinis ebullitionem, at è contrà pulſant arteriæ vt calor adaugeatur, & proximi alimenti coctioni ſufficiens ſit.

In febribus etiam exiſtente aliqua magna re præter naturam intrà corpus, maiores febres oriuntur, maiores, frequentioreſque pulſus (In acutiſſimis febribus, inquit Hippocr. pulſus maximi fiunt) ſcilicet, vt calor in ſanguine arteriarum eualeſcat, & facultati expulſiuè ſufficiens ſit. Cuiuſmodi in timore etiam accidit, pulſus hic frequentiores quoque celebrantur; quoniam ad vitæ patrocinium calore opus eſt naturę: arma ſiquidem naturæ ſpiritus ſunt, ſiuè calor (ſpiritus, & calor idem erant Zenoni) & ſic ad eundem calorem augendum in timore dicto arteriæ magis pulſant, frequentiuſque mouentur.

Hipp. 4. epid.

Ref. Ruff. ephes. c. 36. lib. de hum. corp. appellat.

Facultas itaque vitalis cordi, & arterijs à natura indita, eſt quæ pulſus efficit, atque ſyſtoles, cum etiam diaſtoles facultatibus vitalibus mediantibus celebrantur; ſyſtoles nimirum ab attractrice, & retentrice; diaſtoles verò ab expultrice ſolum. Atque amplius tunc temporis συστολὴν fieri quoque enunciarem, quandocumque corpora maiori quoque excalefactione indigent: ſyſtole namque concluſus ſanguis maximo-

Sententia hæc Praxagor. & Phylotim ref. a Gal. lib. de tremore & 6. Hipp. et Plat. de placit.

perè etiam excalefaciat neceſſe eſt: vt è contrà eò temporis diaſtole vtuntur arteriæ, cum partes maiori, vel noua excalefactione indigent. Et ideo in temporibus frigidis, exempli gratià, vel frigidis in regionibus, ſiſtoles diaſtole maior eſt: in regione autem, vel temporibus calidis, ſiſtoles diaſtole minor inquit etiam Galenus.

Gal.l b.intro duct. in pulſ. ſui.

Dicebatur ſecundò in præcedenti capite retractionem ſpirituum ad cor ideò fieri in febribus, vt ijdem ſpiritus eualeſcant, calidiores nempè efficiantur, & res præter naturam in corpore exiſtentes poſtmodum detrudere, vel profligare valeant. Si id eſt vt ſpiritus eualeſcant in principio febrium propter retractionem ad cor, cur ergò febrientes imbecilles euadunt? omnis vis corporea in ſpiritibus reperitur: ſique ſpiritus valentes ſunt in febrientibus, & vires quoque valentiores eſſe deberent, dicet aliquis.

Gal 2.aph 29

Reſpondetur cum Galeno, quod virtus animalis defatigata eſt in febrium conſiſtentia, vitalis, & naturalis è contrà fortes perſiſtunt,& nemini etiam dubium, quãdoq; febricitantes valẽtiores eſſe in ipſo paroxiſmo, quam eodem tranſacto: conſpicitur id frequentiſſimè, & Hipp. robur, inquit, ſignum eſt recidiuæ: quià, dicerem, in hoc caſu, ſpiritus à iudicatione febris relinquuntur calidi, & ab eorundem calore robur exoritur, futuræ ſignum ab Hipp. recidiuæ dictum. Et quamquam cunctas febres ſequatur vltimò debilitas, id nihilominus haud facit quod ſpiritus in principio febrium non eualeſcant propter retractionem ſæpius dictam, robuſtioreſque efficiantur: ſiquidem imbecilles euadunt febrientes ex alijs rationibus: Nempè quià in certamine naturæ cum re præter naturam in febre patrato plures ſpiritus deperduntur: Secundò quià nimium ſpiritus diffunduntur ipſa febre totum corpus præoccupante.

Hipp. lib. de iudicat. circà medium.

Et

Et Tertiò conſumitur alimentum caloris à pluri calore in ſpiritibus adepto: Vndè cum partes nouo non reparentur alimento, imbecilliores etiam euadant neceſsè eſt. Nom deficerent aliæ rationes, ſed accedamus ad alia.

Tertiò febrem oriri dicebatur quotieſcumq; aliquid functionibus corporis obnoxium ſit, hoc autem repugnat plurimis experimentis, ſiquidem infinitæ dantur affectiones, & magnæ, cuiuſmodi dolores capitis ſunt, coli, ventriculi, & ſimiles aliæ; ac tamen ſinè febre videntur millies, quarè igitur ſanguis, & in his etiam ad cor non refugit, cur febres non oriuntur?

Quotieſcumque, reſponderem, parti quæ afficitur ſufficiens virtus adeſt, vt per ſe, vel ſinè alterius auxilio, quod corpori præter naturam ineſt, expellere poſſit, ſanè ſanguis ad cor non refugit; quandoquidem natura nihil fruſtrà faciens haud videt neceſſitatem alterius, nouique auxilij. Si autem è contrà partes corporis affectæ à ſe ipſis, ſuaque propria virtute morborum cauſas profligare non valuerint, in eo quippè caſu ſanguis ad cor retrahitur, & febres oriuntur. Vndè non mirum ſi interdum dolores, alięque ſimiles naſcuntur in corporibus, ſinè febre, affectiones, nimirum magnitudo, & contumacia cauſarum, vel aliud ſimile ſit, quod febres oriri cogat: non verò ad cunctos affectus detrudendos ſanguinem retrahi, & magis calefieri neceſsè ſit ſemper. Et ex his colligitur etiam affectus præter naturam à febre concomitatos periculoſiores eſſe, quam ſine febre (quamquam ſolo ſigno febrium non ſemper periculoſæ deſignentur affectiones cum Coelio Aureliano.) *Coel Aurel li. 2. acut c. 33. cum de cardiaca.*

Sed quid de hidrope afferatur, qui morbus abſq; febre ſæpiſſimè conſpicitur?

Hidropem ſinè febre dari quamquam controuerti

valeret,

valeret, nihilominus exhibeatur. Sed in principijs id erit, non autem progreſſu temporis. Et ſi fortaſsè nonnullis immunes à febre interdum verè hidropici videantur, huiuſmodi accidit, quoniam hidropicorum febres obſcuræ ſunt; cum frigiditas aquæ eorundem, caliditttem ſanguinis in corde etiam non valdè calido adeptam refrangat, redarguatque. Ab aqua non valdè fortis febris oboritur dicebat Hipp. nam igni non bonum alimentum aqua præbet.

Hipp. 4. de morb.

Prætereà febrem ex retractione ſanguinis ad cor ſuperius enaſci dicebatur, in ira verò ſanguis ad cor retrahitur ſemper, vt in timore, dolore, ſomno, vel alijs ſimilibus, ac tamen ira, & huiuſmodi alia febres non ſunt.

Ariſtot. 1. de anima t. 16.

Reſpondetur quod ira ſecundum Ariſt. accenſio eſt ſanguinis circà cor, vtique non negatur; ſed non tanta dicerem fit retractio in ira, & alijs dictis, vt cum febris facienda eſt; & quatenus etiam magna fiat in ira retractio, timore, dolore, & alijs, etiam febres excitari neceſsè eſt. Benitenius inter cœteros, ex timore flammæ à quadam ſepultura exurgentis, quendam refert incidiſſe in febrem ephemeram. Et ego qui ſæpius quibuſdam melancholicis fortè fortuna medicinam feci, ſæpiſſimè memini ex timore eoſdem veluti febricitaſsè: nimirum præ timore ijſdem venæ pulſabant, & calor augebatur.

Beniuen. c. 61

Hippocrates iterum dices, febrem hoc pacto accendi memorat. Febris ab his fit, cum bilis, aut pituita in aliqua parte calefacta fuerit, totum reliquum corpus ab his caleſcit, & vocatur hoc febris, caleſcit autem bilis, & pituita intrinſecus quidem à cibis, & potibus, à quibus etiam nutritur, ac augetur, caleſcit enim in viſu, & auditu, verum minus ab his. Calor itaque per Hipp. generatur in corpore à cauſis morbificis,

Hipp. lib. 1. de morb.

morbificis, qui rurſus corpus vniuerſum pertingit, & febris fit. Siquidem quid ſi dicatur non eſſe neceſſarium cor primò calefieri in febre? Sed potius quocumque in loco febrilis cauſa ſtabuletur, ex eo etiam diffundatur calor per vniuerſum corpus?

Reſpondetur, bile vel pituita calefactis in aliqua parte accendi febrem nos haud inficiari; & per calefactionem partis poſt partem. id autem non accidet niſi ſemel, vel bis, aut paulò plus. Sed periodi, febriumq; reuerſiones à quo fiant? num acceſſu recenter materiei ad focum putredinis, vel partem affectam vt dicitur? profectò huic etiam aſſentirer, ſed quo modo ſaluetur ordo quarumdam febrium? infinitæ celebrantur euacuationes, aliæque reuulſiones, & nihilominus quotidiè inſurgunt febres nonnunquam, horaque ſemper eadem. Quo modo humores aliò euocati affectam partem ità regulariter petant? Quid de febribus quartanis, ſeptimanis, annuanis, & alijs ſuperius recenſitis dicatis? Cur etiam aliqua non percipiatur triſtis ſenſatio humorum ad partem affectam ſe ſe conferentium? fortaſsè percipi dices, & obſtructo valdè, liene, exempli gratia, ſemper in acceſſionè febris, vel dolor, vel aliqua alia triſtis ſenſatio in eadem parte, ſentitur. Huiuſmodi autem ſympthoma non acceſſu humorum ad partem affectam cauſatum fuiſſe ego nunc dicam; at potius concurſu ſpirituum obſtructionem ſupradictam præter naturalem fugare conantium: & ex pugna naturæ cum re præternaturali triſtis ſenſatio illa exorietur.

Veuena, etiam dices, febres efficiunt, venena eadem primò & maximè cordi obſunt. Cur igitur magne non oriantur à veneno febres, ſed paruæ potius, cum principaliter cor afficiatur? An igitur verum non ſit, quod febres eædē retrahente ſe ſe ſanguine ad cor fiant?

Reſpon-

Reſpondetur venena vt venena ſunt, & quatenus à tota ſubſtantia agunt (ſiquidem hæc propriè venena) ſanè cor primò, & principaliter petunt: cumque in hoc caſu cor idem principaliter laboret, veriſimile eſt arterialem ſanguinem ad ſe maximè, vel maxime retrahere, vndè cordis eiuſdem dolores, frigidi ſudores, partium extremarum algores, vel alia huiuſmndi deindè ſequuntur; maximè inquam ſpiritus ad cor, venenis officientibus, retrahuntur: febres ideoq; mites, tenues, & imbecilles apparent, quià videlicet calor ad interiora recucurrit. Non fortes, vel magnæ febres ſunt, etiam poſſumus dicere, à venenis; quià venenis iiſdem hoc proprium eſt vt ſpiritus corrumpant, ſuaq; qualitate naturę humanę contraria, extinguant innatum calorem. Vndè calore hoc eodem innato, à contrario corrumpente minori reddito, febres haud magnæ, ſed mites, & imbecilles videantur etiam neceſſè eſt; Et hę propriè febres malignæ ſunt. Igitur retractione dicta ſanguinis ad cor, & aliàs, febres enaſcuntur.

Sed à quò fiat huiuſmodi retractio?

Profectò ſupradictam ſanguinis arterialis, vel ſpirituum retractionem, vitalibus facultatibus mediantibus, ipſa anima quaſi iubente fieri ego dicerem. Anima ſiquidem eſt in corpore vt Rex in Regno inquit Ariſt. & Hipp. anima hominis, corporis partes perreptans, domum ſuam gubernat, & omnes corporis actiones ipſa perficit.

Gal. lib. de natural. facultat. ſubſtātia.

Ariſt. de motu animal. c. 7.

Hipp. lib. de inſomnijs.

Sed cùm anima in corporibus noſtris ad conſeruationem ipſorum præcipuè poſita ſit; quà igitur ratione, iubente anima, nunc dicemus, ſpirituum retractiones fieri, necnon etiam febres procreari?

Eadem profectò ratione, affirmarem, qua alui profluuia, inflammationes, & alij huiuſmodi abſceſſus interdum fieri ſolent: qui vtique iubente anima, & facul-

culta-

cultatibus expellentibus accidunt, & nihilominus per ſe morbi ſunt, neciſque auctores. Fiunt abſceſſus, dicebat Hipp. & adeò magni, nonnumquam, vt à natura ſufferri non poſſint: quamquam ex altera parte ab anima iubente, bonum pro fine habente, & eiuſdem facultatibus celebrentur. Eadem igitur ratione & febres accidunt, anima, inquam, iubente, bonum per ſe intendente, tametſi malæ ſint corporibus noſtris, & ſępè ſæpius eorundem corruptrices. *Hipp. 1. epid. ſect. 2. t. 34. & ſeq.*

Quòd autem etſi res præter naturam, ab anima tamen ſupradicta ratione fiant febres, inter alios adſciuit diuinus Plato; omnia bona, & mala ab anima in corpus fluere aſſerens: bona quidem per ſe, mala verò per accidens ab anima in corpus fluunt. Sed quid opus auctoritate Platonis? Saniora vt plurimum eſſe corpora hominum febribus euaſis, quam antea, ſenſu ipſo conſtat. *Plat. in Charmide.*

Phauorinus Gelliò referente, febrem quartis diebus recurrentem laudauit, & Hipp. quartana liberat à magnis morbis edocuit, vbi Gal. non tantum quartanam, commentatus fuit, ſed omne febris genus conducere aduerſus frigidum, craſſumque ſuccum, à quò magnum morbum fieri ipſe putauit. *Gell. lib. 17. c. 13.* *Hipp. 6. epid. ſect. 6.*

Sexto Aph. Quibus dolor, legitur, circà hypocondium fit, ſinè phlegmone, iis febris ſuccedens dolorem ſoluit. Gal. in com. febrilis calor, ſubiungit, incidere habet, extenuare, atq; diſſoluere, & natura ſanare aptus eſt obſtructionem. *Aph. 40.*

In Epid. ſi puerperis ſpaſmus fiat, ignem fac, nimirum aliquandò ignem inducere bonum eſt, quià ignis cauſas morbificas conſumit. Vndè Celſus ex Hipp. ſed non inutilis quandoq; conſilij eſt interdum augere morbum, vel nouare, & febres accendere. *Hipp. 2. epid. ſect. 5. t. 2.* *Celſ. lib. 3. c. 9.* *Hipp. li. de loc. in homine.*

In iiſdem Epid. Hipp. qui repentè voce priuantur, ſi *Hipp. 2. epid. ſect. 5. t. 14.*

ſinè

ſinè febre ſiat, ſanguinem mittito. Si enim febris ſuperueniat, inquit Valleſius, ea ſola ſatis eſt ad morbi ſolutionem: cum tamen ex venarum repletione, & interceptione obmuteſcentia illa ortum ducat.

Vall. in com.

In Coacis, Lippienti viro, legitur, febre ſuperueniente Lippitudinis exolutio. Sin minus cœcitatis, aut mortis, aut vtriuſque periculum eſt. Duretus in com. ſuperueniente febre, inquit, non quidem per propagationẽ cauſæ ophtalmicæ, ſed propriè per generationem.

Aph. 5. Quintò aph. ſi ebrius quiſpiam repentè obmutuerit diſtentis neruis moritur, niſi febre corripiatur; hic febris intendit ſanare ebrietatem.

In eodem libro. A quartanis capti non admodum conuulſionibus capiuntur. Gal. in com. concoctionem caloris febrilis ope fieri inquit.

Aph 7.

Aph. 51. Sexto aph. Quicumque ſani dolore capitis repentè capiuntur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertunt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit.

Aph. 52. Septimò Aph. Quibus hepar vehementer dolet, febris ſuperueniens ſoluit dolorem; an, ex cauſa calida tametſi fiat, cum genericè hic de dolore loquatur Hipp?

Hipp. 2. aph. 47. Dum pus fit, dolores, ac febres fiunt magis quam confecto, docebat idem Hipp. An quià febris facit pus, vt etiam Gal. in com. innuit?

Hipp. 2. aph. 13. Quibuſcumq; criſis fit, ijs nox grauis antè acceſſionem. An quià febris, ſiuè calor augetur, intendens natura cum eodem vincere morbum?

Morbi acuti citò tranſeunt ſua tempora legitur in Gal. An ex continua febre cum cauſis morbificis decertante id accidat?

Galen. 2. de dieb. criticis & alibi.

Hipp. in hiſt. propria. In Epid. de Phyliſco, viſus eſt eſſe ſinè febre, inquit Hip. ac tamen mortuus vltimò legitur. An illa febris abſentia ex natura labefactata, & quià amplius ſpiritus calefacere pro expellendis cauſis morbificis non valeret,

vide-

videretur? Et eadem fortaſsè cauſa eſt, vt morientes interdum ſinè febre videantur. Ex eodem quoq; oritur illud quod mortis melioramentum vulgus appellant.

Cur etiam fortes febres, validioreſque calores in exitu variolarum, & morbillorum fiant? quià natura bonum intendens eadem febre vtitur ad eoſdem detrudendos.

Cur etiam in ſtatu fiunt coctiones, ſi verum eſt quod Gal: edocuit? nimirum calor febrilis vehementior fit ex natura bonum pro ſcopo habente. *Gal. lib. de criſibus 8. & 9. com. aph. 12. & 22. lib. 1.*

Quieſcere in ſtatu melius eſt etiam, ne videlicet motu natura diſtrahatur ab hac febris operatione. In ſtatu fiunt quoque criſes, & iudicatoriæ euacuationes, quià poſterior eſt tunc temporis natura ex vi caloris febrilis: qui etiam calor colliquans humores, magiſque fluxiles reddens, in cauſa eſt, vt facultates melius, atq; melius in ſtatu dicto febris expellant. Morbo conſiſtente ſuperfluum eſt etiam euacuare per eundem Gal. quià vis animalis tunc temporis defatigata eſt; licet quam maximè duæ aliæ, vitalis vt putà, & naturalis, fortes perſiſtant, id inquam accidit, quoniam ſpiritus in febre calidiores redditi ſunt à natura, vel anima retrahente, bonum tamen per ſe intelligente, vt iam affirmabamus. *Gal. 2. aph. 19 Schēch. 5. obſ. med. 41.*

Et Schenchius à febre quartana virginem giganteam factam fuiſſe recenſet, quamquam alias anteà valetudinaria degeret: quià inquit veluti arbores tabeſcunt, ſi vitioſo humore ſurculus aliquis corrumpatur, amputatus verò vigorem denuò expandunt; ita etiam à febre quartana corpus virginis ſupradictæ expurgatum, mundatumque, factum eſt poſtmodum, vt auctum, & benè quoque nutritum fuerit; huic ſimilia dicit etiam Lemnius lib. de occultis naturæ miraculis, cum cauſam augmenti in pueris à febre quærit; *Lib. 2. o. 14.*

In

In mulieribus deniquè poſt partum tertia die accidunt febres, communiter lactis appellatę. Sed vtrum lac in præſenti febres afficiat, an verò febris medio lac ad mammas protrudat natura? Et in fluxionibus articulorum, vel ad alias partes, fiunt ſæpè ſæpius febres: non quià ſanè materia fluens eaſdem ſemper efficiat; ſiquidem fit febris interdum à natura, & eadem vtitur ad expulſionem materiæ ab internis ad externa, ſiuè à nobilioribus partibus ad ignobiliores, vt in podagra præſertim accidit.

Cum autem febris adeò vtilis ſit, tantaq; bona faciat in corporibus noſtris, ad quid igitur curatur à medicis aliquis dicet?

Huc ſemper te opperij lector, & melius profectò eſſet nullam exhibere curationem nonnullis febribus interdum dico, quam exhibere: cum ſcilicet mites, naturam ſuam ſeruantes; boniq; moris, vel ſimili modo febres ſunt, curatione non indigent; aut ſi aliquod genus præſidiorum exercendum in huiuſmodi, blande ſit, leue, non generoſum, eademque ratione, quam alibi enunciauimus: nimirum curantur febres per ſe ſanabiles, ne in alteram ſpeciem degenerent, peioremque formam adipiſcantur: quamquam etenim natura febre vtatur ad illius profligationem quod ſibi noxium eſt, & valens quoque per ſe ſit longitudine temporis: nihilominus poteſt medicus, quinimò debet nonnumquam eidem naturæ auxilio eſſe, & præſidijs medicis minuendo cauſam, vel rem operationibus naturæ obnoxiam, fit vt illud quod remanet melius deindè, vel citius etiam concitetur, protrudaturque. Vel febres curandæ ſunt aliquando (dicerem) ad eorundem impetus obtuſionem: Adeò ſiquidem violenter nonnumquam febre natura mouet, vt moderamine

aliquo,

aliquò; vel impetus obtuſione indigeat: Vndè Hipp. medicinam aſſerebat eſſe morbos ab ægris in totum tollere, morborum vehementes impetus obtundere, & eorum qui à morbis victi ſunt curationem non aggredi. *Hippocrat. lib. de arte.*

Sed omiſſis huiuſmodi omnibus, compertum eſt millies apud eundem Hipp. febres fieri ab humoribus. Vndè aliæ cauſæ fruſtrà ſuperius aſſignatæ fuere, dicet aliquis.

Et ſanè quatenus humores quatuor elementa repreſentant à quibus omnia naturaliter fiunt, vtiq; virtualiter cunctarum febrium cauſæ maximè affirmandi ſunt. Si autem vt mixta ſubſtantialiter, neque ſimplicia corpora ſunt perpendantur, cunctarum febrium cauſæ nequaquam dicendi ſunt humores.

Vel Hipp. dicemus, omnium febrium cauſas humores dixiſſe, non tamen alia cuncta inficiatum fuiſſe.

Si febres, præterea dices, ab ipſa retractione ſpirituum fiunt, et anima iubente, bonumque per ſe intelligente (metaphoricè intelligente intelligas) vt ſupra, ſequeretur omnes febres, omneſque periodos ab vna, eademque cauſa proficiſci valere; neque vllas adeſſe alicui febri, vel quoad periodos, per ſe cauſas proprias.

Profectò ita eſt reſpondetur, ad hanc, vel illam febrem efficiendam, ad hunc, vel illum paroxiſmum, ſe habent indifferenter prędictæ cauſæ; faciunt verò talem, vel talem, prout magis, vel minus naturæ functionibus obſunt, prout vires ægrorum magis, vel minus valent, & cœtera talia in corporibus adſunt; non tamen quià huic febri, vel periodo, hæ cauſæ peculiares ſunt, illi verò aliæ, & huiuſmodi.

Sed dices in epid. ab Hipp. plures recenſentur temporum conſtitutiones, in quibus hæ, vel aliæ febres magis oriebantur. In aph. ſi verò aquilonius, & ſiccus *Hipp. 3. aph.*

Ariſt. 1. probl. in princ conatur reddere rationem huius aph & aliorum ſimilium.

Hipp. 3. aph. 16. 14. lib. de aere, aquis, et loc.

(intelligitur autumnus) ijs qui naturam habent humidiorem, & mulieribus confert: reliquis autem lippitudines ſiccæ, & febres acutæ fiunt. Ibidem: Morbi in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt febres longæ. Autumno plurimi aeſtiui morbi fiunt, vt febres quartanæ, & huiuſmodi. Igitur febribus propriiſſimæ cauſæ ſunt, cum & tempora, & aetates, & propriæ quoque conſtitutiones eiſdem ab Hippocr. tribuantur.

Reſp. ſupradictis in conſtitutionibus ideò quidem effici tales, vel tales febres: quoniam corpora ab iiſdem conſtitutionibus redduntur magis diſpoſita ad tales, vel tales etiam: generantur ſcilicet qualitates in corporibus, quæ diſponunt facultates ad talem, vel talem magis faciendum motum febrium, non tamen hæ vel aliæ febres naſcuntur, quoniam propriæ cauſæ ad hanc, vel illam febrem magis efficiendam generentur. Fiunt enim dictarum febrium motus, non ab humoribus (vt nonnullorum fuit opinio) ſiquidem humores vt res in corporibus inanimatæ, nullum habent neq; nolo neq; velle circà motum; ſed huius cauſæ propriè ſunt facultates iam dictæ hoc vel illo motu, atque prout diſpoſitę ſunt humores antedictos concitantes.

Hipp. 3. aph. 21. huius aph. Ariſt. conatur reddere rationem ſect. 1. probl. 29.

Et ſic, in æſtate (adducebatur aph.) nonnulli horum (videlicet prædictorum morborum) & febres continuæ fiunt, ardentes, tertianæ, quartanæ, vel huiuſmodi: Non quidem hæc loquebatur Hipp. quoniam æſtate propriæ cauſæ generarentur ad prædictas febres efficiendas magis diſpoſitæ, quam ad alias. Sed vt ſolummodò doceret aeſtatem indifferenter ſe habere ad plures affectus; æſtatem videlicet, corpora, & eorundem facultates diſponere, vt continuo, vel tertia qualibet die febres moueant.

In pluuiarum multitudine febres longæ fiunt (dicebatur;

Digitized by Google

batur etiam ſuperius) tranſeat ; Autumno febres quartanæ item exhibeatur . Eodemq; autumno ſicco, & aquilonio exiſtente febres acutæ fiunt , etiam ſi concedatur : nihilominus febres proprias cauſas habere, non ſequitur ; Sed potius ex diſpoſitione corporum ſupradicta,tales ; vel tales febres enaſci dicendum eſt .

Siq; id nomine cauſarum propriarum febrium intelligatur , tandem concedemus etiam : dantur ſcilicet cauſæ propriæ ad motus febrium , quatenus qualitates, vel etiam humores , in corporibus animalium generantur, à quibus facultates vitales ſupradictæ diſponuntur ad hunc vel illum motum , ad hanc , vel illam febrem magis etiam efficiendam , non tamen humores ex neceſſitate hunc motum febrilem , hanc præciſè & non aliam febrem excitare dicendum eſt : cum plures ſimul conditiones ad periodos efficiendum requirantur : nimirum anni tempus ; aetas , victus , robur : & multa alia ſimilia diſpoſitiuè concurrentia .

Autumno , loquebatur etiam Hipp. in aph. (plurimi aeſtiui morbi fiunt , & febres quartanæ , & erraticæ ; ac tamen autumno aeſtiui humores non generantur . *Hip.3.aph.22* Et non dicas (vt à multis affirmatur) generari autumno febres aeſtiuas , quoniam aeſtiui humores iam procreati adſint, æſtatis proximè præteritæ : ſiquidem id gratis aſſeritur ; & ſi verum eſſet , in omni tempore, vel anni parte , non modo proprij naſcerentur morbi, ſed etiam proximè præteritæ . Vndè hieme , exempli gratia , non ſolum morbi laterales fierent , pulmonis inflammationes , grauedines , atque rauedines , tuſſes , dolores pectoris , laterum , lumborum, & capitis , vertigines , & apoplexiæ , qui omnes morbi ex Hippocr. hiemi tribuuntur ; verum , & quartanæ febres, erraticæ, lienes , *Hip.3.aph.23* aquæ intercutem , tabes , ſtillicidia vrinæ , difficultates inteſtinorum , leuitates inteſtinorum , coxendicum dolores ,

lores, anginæ, aſthmata, voluuli, morbi comitiales, furores, melancoliæ, & ſimiles alij autumno proprij,
Hipp. ibid. ac tamen huiuſmodi ab eodem Hipp. hieme fieri nequaquam recenſetur.

Hip. 3. aph. 20 Vere inquit ibidem Hipp. furores fiunt, morbi melancolici, comitiales, profluuia ſanguinis, anginæ, grauedines, raucedines, lepræ, tuſſes, impetigines, vitiligines, puſtulæ vlceroſæ plurimæ, tubercula, & articulorum dolores, nullos tamen hiemi proprios morbos, & vere fieri hic dixit Hipp.

Neque dicas Hippocratem hoc tacitè intellexiſſe, vno videlicet anni tempore non modò proprios; verùm etiam, & præteritæ ætatis morbos fieri: Videlicet
3. Aph. 21. æſtate (dicebat Hipp.) nonnulli horum morborum fiunt, hoc eſt veris. Et de autumno ſubiunxit, plurimi aeſtiui morbi fiunt. Ergò hieme etiam autumnales morbi fiunt, & vere hiemales, apud Hippocratem inſequela negatur. Siquidem maximè erat Hipp. claritatis amator, ſique huiuſmodi in mente habuiſſet, ſilentio non reticuiſſet, enunciaſſet planè de hieme, & vere; vt de autumno, & aeſtate loquutus fuerat.

Ideòque autumno plurimi aeſtiui morbi fiunt, dicebatur ſuperius, non quià inquam humores aeſtiui præterita aeſtate geniti, eodem tempore adſint: ſed quoniam, alijs concurrentibus, corpora animalium, & hominum, præſertim, tempore autumni ad morbos plurimos aeſtatis diſpoſita etiam ſunt, vt ſuperius affirmabatur.

Autumno, & hieme febres ardentes magis fiunt, quam aeſtate, docuit. Ariſtot. quoniam calor pulſus à
Ariſtot. probl. 29. ſect. 1. frigore introrſus ſe contrahit. In frigidiſſimis terris fiunt
Ariſt. probl. 3. & 7. ſect. 14. ardores eadem ratione, et fortiores, inquit alibi, viri ſunt qui gelida incolunt loca, imbecilles verò qui feruida.

 Gran-

Grandioribus, dicebat etiam Hipp. in aph. & iam accedentibus ad pubertatem plurima ex his, & febres diuturnæ magis fiunt. An quià aetati propè pubertatem generantur cauſæ propriæ longarum febrium? humores nempè craſſi, & viſcidi, qui potiſſimum Galeno propriæ cauſę ſunt longarum febrium? vtique hac ratione, huic aetati fieri longas febres affirmari non poteſt; cum tales humores in ſenibus procreentur potius, quam in pubertate exiſtentibus hominibus. Deindè huiuſmodi in aetate fiunt febres longæ, inquit Hipp. πυρετοὶ χρόνιοι græcè, quo nomine haud vna ſolummodò, ſed omnes longæ febres accedunt apud Hipp. eundem, vt putà quotidianæ, quartanæ, quinctanæ, & ſimiles; quartanas autem (in Galeni tamen doctrina) ſuperioribus à melancolia fieri docebatur, qui humor tantum abeſt vt pubertati ſit proprius, nempè tali in ætate pubertatis generetur, vt potius è contrà non fiat; cum huiuſmodi ætas calida, & humida per ſe ſit: humor verò melancolicus frigidus, & ſiccus. Non igitur cum Galeno febres longæ hac in aetate fiunt, quià humores, vel cauſæ propriæ earundem generentur. Hip. 3. aph. 27 Gal. de cauſ. febrium.

Vltrà hanc aetatem, nempe in conſiſtentia, febres ardentes fiunt, docebat idem Hipp. An quià verò humores generentur ardentibus proprij? nequaquam affirmarem: cum humores qui febres efficiunt ardentes, preſertim biliosi ſint per Gal. alibi, huiuſmodi verò humores iuuenibus magis proprij ſunt, & in iuuentute magis etiam generantur, quam in conſiſtentia. Igitur ſupradicta ratione febres ardentes in conſiſtentia minimè fiunt, ſed alia quam diximus. Hip. 3. aph. 30

In aquilonico autumno, frigido nempè, & ſicco, febres acutæ fiunt, per eundem quoque Hipp. in Aph. Reddens rationem in probl. Ariſt. quoniam, inquit, in Hip. 3. aph. 14 Ariſt. probl. 11. & ſect. 14 probl. 3.

frigido, & ſicco tempore celebratur antiperiſtatis, calor videlicet ad interiora corporis retrahitur:ſanguis calidior euadit, & ſic etiam acuta febris denique oritur, citò, & cum periculo ſua tempora percurrens.

Hip. 3. aph. 16 In pluuiarum multitudine, è contrà, febres longæ fiunt, legitur in ijſdem aph. Gal. in com. quià, inquit, plures humiditates non niſi longo tempore conſequuntur.

Hip. 3 aph. 7. Vt autem humiditates longas efficiunt febres: ità etiam ſiccitates acutas per eundem Hipp. in aph. An quià bilis, in ſiccitatibus, calidus, & ſiccus generatur humor? Non adæquata hec ratio & ſemper, affirmarem: ſiquidem in ſiccitatibus αὐχμῶσι græcè dixit Hippocr. quæ ſiccitates tam à calido, quàm etiam à frigido comitari poſſunt, & qui dicit omne, neminem excludit ſententia eſt.

Prima igitur ratio eſt (ipſe dicerem) quod in ſiccitatibus febres acutæ fiant; quoniam ſanguis febres efficiens eò temporis ſiccior eſt, ſiccitas autem lima caloris dicitur, & ſanguinem calidiorem factum magis atq; magis actiuum reddit.

Hip. 3. aph. 15 Secundò, cum corpora in ſiccitatibus ſalubriora ſint (namq; Hipp. in aph. ſiccitates imbribus ſalubriores inquit, & alibi, ſiccitas exiccat partes, ſanguinem, & fibras eius, & robur inducit) corpora ſalubriora fortiora etiam ſunt. Vndè fortiori pariter morbo corripi neceſsè eſt per Hipp. in lib. de morb. & Ariſt. in probl. exemplo Athletarum comprobauit.

Hippocr. 3. de morb. cum de pleuritide, & lib de nat. hominis. Ariſt. probl. 28. ſect. 1. Tertiò ſiccitates partes conſtringunt, vt omnes experimento habemus; conſtrictione dicta ſpiritus ad interiora currunt, atque deforis haud effundi valentes, magis etiam excaleſcunt. Et ſic non leues, eoſdem, at acutas febres conflare neceſsè eſt etiam. Non igitur acutæ febres in ſiccitatibus fiunt, quoniam proprij hu-

mores

mores, vel propriæ cauſæ eò temporis adſint, ſed vt ſæpius dicebamus, fiunt hæ, vel illæ febres, ex diuerſis corporum diſpoſitionibus. Quarum diſpoſitionum cauſas, vtique in aliquibus proprias indicauimus; in omnibus autem declarare tum difficilè, tum etiam impoſſibilè eſt, latent ſiquidem multa in maieſtate naturæ, & nobis mortalibus obſcuriſſimà ſunt, enunciauit Hipp. vt potè non omninò per veritatem corroboratos, atq; Alex. in probl. temerarium putat de vnaquaq; re velle cauſam reddere. Ideoq; Pœta. *Hippocrat. in ep. Crateuæ.*

Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

Ex abundantia curioſitatis, quoniam de cauſis hic agitur, cur ex timore, interdum, nonnulli acceſſionem febris euadunt. declarandum proponitur.

Cur etiam vir quidam tertianam euaſit poſtpoſitione horarum, vt Schenchius refert. *Schench. in ſuis med. obſeruat.*

Cur vini meraci potu, inſtante paroxiſmo, vel bolo theriacali, aut ſimili alia re nonnunquam reualeſcant febre affecti.

Et denique Antipatro Poetæ ſuperius recenſito, & alijs, diebus ſuis natalibus, quolibet in anno, cur febres efficerentur?

Ob timorem acceſſionem febris euadere nonnullos inquit Valleſ. quoniam timore cietur alius ſuccorum impetus vehementior motu paroxiſmi, ex quo natura obliuiſcitur motus illius conſueti. Quià anima, egò dicerem, totius corporis gubernatrix ad cauſam timoris conuertitur, relinquens acceſſionem febris faciendam. Prætereà timore calefacti ſpiritus, leuiorem cauſam febris facillimè detrudunt: Dicebam leuiorem cauſam, quoniam ſi fortè fortuna magna ſit febris cauſa, fortis, & contumax, tametſi impetu timoris vnus, vel plures effugiantur febrium paroxiſmi, nihilominus redibunt poſtmodum, vt ſæpè vidiſſe contigit. *Vall. 2. epid. ſect. 4.*

Eadem fortaſsè caliditatis ratione in ſanguine tradita, cum meri potio, tum etiam bolus theriacalis prædictus, vel aliud ſimile, febrem euadere faciunt.

Poſtpoſitione amplius horarum ſanatus fuit tertianarius, quià melancolicus fortaſſe ille erat; & febris illa à deprauata imaginatione ortum deducebat, vt Schenchius innuit: Ideò prohibita dicta imaginatione ob mutatas horas; facillimè etiam, & ilicò ſanatus refertur vir ille tertiana conflictatus.

Denique Antipatro Pœtæ Sidonio, & alijs, febres in quolibet anno, diebuſque ſuis natalibus accidiſſe reſponderem, ex naturæ quadam conſuetudine: quocumque anno, ſiquidem, & in die ſuo natali, conſuetum ſibi fœcerat natura Antipatri cum febre à corpore expellere quod ſibi noxium per annum cumulauerat: & ideò quolibet anno febre corripiebatur vt ſuprà Antipater. Magna res eſt cuique conſuetudo, dicebat Ariſt. & in naturæ habitum fermè abſoluitur.

Ariſt. probl. 1. ſecti. 28.

Et hæc ſunt lectores preclariſſimi, quæ de cauſis febrium vobis edenda habui; quæ omnia æqui boniq; pariter conſulatis exoro; & ſi quibus inſuper noſtræ hæ arridebunt nouæ opiniones ſummoperè placebit; ſinminus, profectò nihil indè nobis moleſti: conſcij nimirum tot eſſe ſententias, quot capita hominum ſunt; Et cum Horatio melius concinens.

Hor l. 2. ſerm. ſat, r. 2.

Millia quotcapitum veniunt, totidem ſtudiorum.
Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus:
Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno.

Cauſis inuentis deindè curationem moliri difficilè non erit, cum huiuſmodi remotione præſertim earundem cauſarum celebretur. Primum, videlicet (de febribus agendo) cauſæ procatharticæ prohibendæ ſunt, mox mediatæ, vel antecedentes: cuiuſmodi humores alterati, vel putrefacti ſuperius enunciabantur, obſtructio,

ctio, vulnus, vlcus, & huiuſmodi alia functionibus corporis impedimento eſſe valentia. Quibus omnibus poſtremò ablatis, tollentur etiam & febres, vel ſanguinis, totiuſque corporis conſequenter excalefactiones. Sed quibus, & quo modo ſupradictæ cauſæ detrudi valeant, hoc opus, hic labor eſt, huiuſmodi declarare conabimur inferius, cum de curatione febrium in communi agetur. Quę inſuper curatio, quandoquidē ſinè ſignis peragi non valet: ideò antèquam ad alia progrediamur, de ijſdem ſignis in communi agendum eſt.

CAPVT SEXTVM.

De ſignis febrium in communi.

CVIVSCVMQVE morbi ſignorum genera duo tantummodò eſſe, cunctorum vnus eſt ſenſus medicorum: dignoſtica, ſcilicet, necnon etiam prognoſtica: dignoſtica inquam, à noſcendo dicta, & quatenus affectuum cognitionem nobis oſtendunt, non quidem de vno ſolum, at de pluribus alijs, & inter ſe maximè differentibus dici poſſunt. Cuiuſmodi in febribus de quibus in præſenti nobis eſt ſermo, de cauſis earundem dignoſtica ſigna queri poſſunt, de forma, vel alijs ſimilibus. Et ſi febres iuxtà formas tantummodò nunc perpendamus, ſanè dignoſtica ſigna nulla alia erunt præter illa quę à Coel. Aurel. in acutis recenſentur: cum febrium ſignum, inquit, feruorem plurimum ponunt, & immutationem pulſus in vehementia, niſi ex aliqua hæc manifeſta fuerint cauſa. Corn. Celſ. Rom. medicus: At protinus, affirmabat, etiam ſcire licet non febricitare eum cuius venę naturaliter ordinatæ ſunt, teporque talis

Coel. Aurel. li. 1. acut. c. 14.

Celſ. lib. 3. c. 6.

lis eſt, qualis eſſe ſanis ſolet. Coniunctiuè igitur, & tepor præter naturam, cum etiam vehemens pulſatio, dignoſtica ſigna ſunt cuiuſcumque febris, vt febris eſt: Coniunctiuè, inquam, cum vnaquæque febris prædictis ex duobus concomitetur; nec vlla è contrà affirmari valeat febris, quæ aut calore ſolum præternaturali, vel ſola venarum, vehementi pulſatione conſtet. Vndè doctiſſimus ſemper, & ſuprà omnes diligentiſſimus Hipp. in hiſt. Leophorbidæ, febricitanti huic, inquit, decima ſexta horror acceſſit, vigeſima prima rigor, & ſudor, & febris deſijt: verum calor adhuc ſuberat tenuis. Ita quod calor exhiberi poteſt in corporibus noſtris, atque magis etiam quam natura expoſtulet, abſque eo quod febris reperiatur: veluti etiam venarum vehemens pulſatio. Venis maximè, credimus fallaciſſimæ rei, legitur in Celſo: quià ſæpè iſtę lentiores, celerioresque ſunt, & ætate, & ſexu, & corporum natura, & plerumque ſatis ſano corpore ſi ſtomachus infirmus eſt, nonnumquam etiam incipiente febre ſubeunt, & quieſcunt, vt imbecillus is videri poſſit, cui facilè laturo grauis inſtat acceſſio. Contrà eas ſæpè concitat, & reſoluit ſol, & balneum, & exercitatio, & metus, & ira, & quilibet alius animi affectus.

Hipp. 7. epid. & lib. de loc. in homine.

Celſ lib. 3. c. 6.

Si autem dignoſtica ſigna quoad cauſas expetantur, ſanè perplura hæc ſunt, cum etiam plures cauſas febrium ſuperioribus dediderim. Summatim verò calida, ſicca, frigida, humida, vel aliud quid præter naturam ex his quatuor conflatum, dignoſtica ſigna cauſarum febrium appellari valent. Quæ omnia cum generice Gal. lib. de temperam. de humoribus, & alibi; recenterquè Fernelius, vel alij etiam optimè exarauerint: vtque longius in iiſdem recenſendis nec etiam me conferam, & cum thedio lectorum, in præſenti ad eoſdem

me

me remittam; relinquens particularia ſigna febrium me explanaturum, cum de febribus in particulari fortaſsè agetur, nunc verò ad prognoſtica accedens.

Morbos dignoſcimus, inquit Hipp. edocti ex communi omnium natura, & ex vniuſcuiuſque propria, ex morbo, & ægroto, ex his quæ offeruntur, ex eo qui offert: Ex his enim & breuiores, & grauiores redduntur: ex tota, & particulari conſtitutione cœleſtium, & ex vniuſcuiuſque regionis, ex victu, ex conſuetudine, ex vitæ ſtudijs, ex ætate cuiuſque, ſermonibus, moribus, taciturnitate, cogitationibus, ſomnis, vigilijs, inſomnijs quibuſdam, & quandò, vellicationibus, pruritibus, lacrymis, exacerbationibus, ſeceſſibus, vrinis, ſputis, vomitibus, & quæ ex quibus, in quos ſucceſſiones morborum: & qui abſceſſus ad perniciem, & ad iudicationem: ſudor, rigor, frigiditas, tusſis, ſternutationes, ſingultus, ſpiritus, ructus, flatus ſilentes, ſtrepentes, ſanguinis eruptiones, hemorrhoides. Ex his autem, & quæ per hæc fiunt, conſiderandum eſt. Sunt quidem hæc ſubiungit Galen. præſagiendi præcepta, quibus author tradit communia propoſita, à quibus ſumenda ſint præſagia. Cum autem, vt dicebatur, de prognoſticis in ordine ad febres in communi ſit nobis in præſenti ſermo futurus, iiſdem quoque præceptis vtemur. *Hipp. 1. epid. ſect. 3. tex. 1.*

PRO-

PROGNOSTICA EX COMMVNI

Omnium natura.

ET ab ijs quæ in principio ſuperioris textus Hipp. edocebat, incipientibus nobis; ſumenda ſunt præſagia ex communi omnium natura. Omnium verò naturam Gal. in comm. omnium hominum intelligebat: Cum etenim omnium hominum antè nos haud cognoſcamus propriam naturam, quinimò inopinantes quandoque ad ignotos accerſimur: propterea ante omnia, cunctorum quoque hominum naturam ſibi Medicus addiſcere debet: Sic etenim quid in febribus prædicendum ſit, facillimè exin aſſequetur: Namque prout magis, vel minus ex communi natura alienabuntur ægri, eò etiam magis, vel minus de ſalute verendum erit. Omnium hominum, non quidem vt hominum, ego amplius dicerem: verum vt naturalium, vt ſanabilium, natura quid futurum in febribus indicat. Communis autem vt ſanabilium natura hominum ſecundum plurima ſe habet: ſiquidem natura, exempli gratia, omnes homines quatuor conſtant elementis. temperamento calidi ſunt, & humidi, plurimis conſtituuntur partibus, quæ nominatim ab Auctoribus, nerui appellantur. venæ, arteriæ, ſanguis, ſpiritus, caro, pinguedo, chartilago, vngues, oſſa, humores, medullæ, pili, funiculi. Natura inſuper tribus facultatibus muniti ſunt homines; vitali, vtputà, animali, & naturali: & iuxta eorundem facultates, actiones quoque celebrantur: vel inquam naturales

Theod. Priſc. li 4 ad Euſeb. filiū Ruffus eph de par tium corp. appel Cælius lib. 3 antiq lect. c 21.

rales ſunt actiones cunctorum hominum, vel animales, aut vitales. Animales in capite reſident, vitales in corde; origo autem naturalium ab ipſo hepathe proficiſcitur. Harum igitur omnium rerum ſcientiæ conſcius ſibimet eſſe debet Medicus, ad hoc vt præſagia benè tradantur: Quandoquidem prout magis, vel minus à naturali ſtatu ſeſe eadem aliena fient, magis, vel minus mali prædicendum erit: ſique multum, multus morbus tunc aſſerendus; ſi parum è contra paruus; ſi valdè multum læthale eſt, cum Hipp. in aph. Naturaliter verò ſe habentibus cunctis his, vel alijs ſimilibus, nunquam de malo dubitandum erit. *Hipp. 7. aph. vltim.*

Ex cuiuſque propria natura.

EX cuiuſque propria natura ſubinde legitur in Hippocrat. Facilius, inquit Galen. in eodem commentario, prognoſtica ſumuntur ex propria cuiuſque natura, quam à communi; ideoque in ijſdem febribus, quorumcumque pariter febricitantium propriæ naturæ reſpiciendæ ſunt. Cum etiam Hipp. Differt corpus à corpore, & natura à natura loqueretur. Et alibi, Naturarum aliæ quidem ad hyemem, aliæ verò ad æſtatem benè vel malè ſe habent. Et in morbis minus periclitantur, quorum naturæ morbus magis congruit, quàm è contra. *Hip.li.de flat.* *Hip. 3. aph. 2.* *Hip. 2. aph. 34*

Ex Morbo.

DE diebus indicatorijs, exactè, inquit Hipp. perdiſcere oportet vnamquamque temporum conſtitutionem, & quemque morbum, & qui morbus ſit bonus, & qui periculoſus, aut in conſtitutione, aut in morbo: & qui morbus longus ſit, & lèthalis, & qui longus *Hipp. lib. de dieb. indicat.*

longus & non perniciosus ad vitam, & qui acutus & lethalis, & qui acutus & ſupereſſe ſinens.

Hip.1.aph.12 Acceſſiones inſuper, & morbi diſpoſitiones, *καταστάσεις* grecè, morbi indicabunt, & circuituum ſucceſſiua incrementa; & quæ ſequuntur. Ex quibus Galen. in comment. Pluribus enim, inquit, planum tibi factum eſt in lib. de iudicijs, & in comm. in aphor. Subitò tertianam exquiſitam iudicari, quartanam eſſe diuturnam, vtramque verò à periculo remotam. Ita quod ex febribus in vniuerſali, aliæ per ſe ſanabiles, aliæ per ſe læthales, aliæ verò dubiæ ſunt; vt aliarum aliȩ longæ, aliæ breues, & huiuſmodi. Sed de his alio loco fortaſſe, cum prognoſtica particulariter de quibuſcumq; febribus afferentur. Ex febribus igitur ipſis etiam febres indicantur, præcipuè verò ijſdem cõmuniter graſſantibus: cum etenim eadem febre plures tunc temporis afficiuntur homines, quomodocumque ſeſe egerit in pluribus, ita etiam & in reliquis futuram fore prædicas.

Ex ægroto.

QVa in quam ratione ab ægrotis præſagiri contingit? Nulla ſanè alia reſponderem, cum Gal. in commen. niſi quatenus ijſdem ægrotantes Medicis confitentur cum præterita, tum etiam & præſentia facinora. Obſeruare oportet ægrotorum quoque

Hipp. lib. de decẽti ornatu. peccata, docebat alibi Hipp. per quæ multi ſæpè mentiti ſunt in aſſumendis his, quæ ingerenda exhibentur, poſtquam exoſas potiones non accipientes, aut pharmacis datis, aut alia curatione adhibita perempti ſunt. Exactiſſimè igitur febricitantes interrogandi ſunt, vt ab ijſdem præſagia recolligantur quoq;

Ex his quæ offeruntur.

IN quouis morbo benè ſe habere ad ea quæ offeruntur bonum eſt, ſicuti è contra malum legitur in Hipp. Malum, profectò, veluti multis euenit primi Epid. febricitantibus. Faſtidia cibi quoque erant omnibus ægris tertij Epid. atque propterea cuncti etiam ex hac luce ferè diſceſſerunt. Quandoquidem cum eodem Hipp. alias, cibi faſtidium febricitantibus magnum eſt malum. Atque Parius in Thaſo, Hermocrates ad nouum murum, mulier decumbens apud frigidam, & alij ſimiles, idem cum interitu manifeſtiſſimè experti fuere. Qicumque igitur febricitantes alimenta maximoperè faſtidiunt, ex morbo haud pariter benè euadunt; atque non faſtidientes, necnon etiam ex cibo melius ſe habentes, vel proficiſcentes. Et ſic ex ijs etiam quæ offeruntur in febribus, prognoſtica exhauriuntur. Ex ijs quæ offeruntur, inquam, cuiuſmodi Dealcis vxori in Leio decumbenti accidit; cui potus percurrebant, neque conſiſtebant, & vigeſimaprima die obijt.

Hip. 2. aph. 33
Hipp. 1. epid. conſt. 2.
Hipp. 3. epid. ſect. 2.
Hipp. ibid.
Aegroti lib. 3. epid.
Aegrota li. 3. epid.

Qui in potibus, præterea, ſubſtrepunt, docebat alibi Hipp. atque ſubmurmurant in ſiccis, & qui difficulter deglutiunt ſpiritu tuſſiente, perniciosè habent in acutis: Quemadmodum Cydis filio accidit, Chartadſ, Theandrique vxori, 7. Epid. recenſitis. Et ratio eſt ſententia mea, tum quia taliter ægrotantes mente deficiunt, veluti in Dealcis vxore ſuperius allata idem inquit Hippocr. tum etiam quia affirmarem, gutturis, ventriculique facultates animales deſinere eſſe iam incipiunt: moriuntur nimirum deglutientes partes, ideoq; talis deglutitio febricitantibus pernicioſa eſt.

Hipp. in coac.

Illa inſuper quæ offeruntur, quandoquidem præter cibum,

cibum, vel potum, etiam plura alia febricitantibus eſſe poſſunt, vt putà medicamenta & ſimilia. Ideò ab iiſdem quoque medicamentis opportunè oblatis, ſi febres non remittantur, indicio eſſe affirmatam, in fortiori gradu potentiæ ſuæ morbum reperiri, necnon etiam naturam eiuſdem viribus iàm ſuccumbere, vt è contrà, ſi ex pharmacis benè exhibitis, eædem aliquo pacto diminuantur febres, indicium eſt optimum, cum naturam non dominari, ſed morbo prævalere oſtendatur.

Ex eo qui offert.

LVcem ſanè maximam tradere nobis valent, febricitantium aſſiſtentes, circa ea quæ ægrotis accedunt. Vnde Hipp. in aph. Non ſolum ſeipſum Medicum præſtare oportet opportuna facientem, ſed & ęgrum, aſſiſtentes, & exteriora: aſſiſtentes, inquam, perquàm plurima referre valent, ex quibus Medici in febribus præſagiant.

Hip. 1. aph. 1.

Ex tota, & particulari conſtitutione cœleſtium, & vniuſcuiuſque regionis.

COeleſtium Galen. in commen. cum alijs pluribus; aeris interpretatur. Ita quod vt in febribus veram prognoſim exhibere valeamus, totam aeris conſtitutionem perſcrutari debemus. Vtrum ſcilicet, ad frigidum, vel calidum, ad humidum, vel ſiccum totus aer ſeſe vergat: quandoquidem alium terminum in ſiccitatibus, alium verò in humiditatibus, vel huiuſcemodi conſtitutionibus, febres, de quibus agimus, reportabunt. In ſiccitatibus febres acutæ fiunt, legitur in aph. & ſi annus magna ex parte talis fuerit, qualem

Hip. 3. aph. 7.

fecerit

fecerit conſtitutionem, tales plurimum morbos expectare oportet. In conſtantibus temporibus morbi conſtantes, & boni iudicij fiunt: in inconſtantibus autem è contra inconſtantes, & mali iudicij. Ex tota igitur aeris conſtitutione præſagia capiuntur. *Hip. 3. aph. 8.*

Sicuti etiam & ex particulari, cum ex morbis alij ad alia tempora, bene vel male ſe habeant. In temporibus etiam affirmabat Hippocr. quando eadem die modò calor, modò frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. *Hip. 3. aph. 3.* *Hip. 3. aph. 4.*

Autumno morbi acutiſſimi, & exitiales magna ex parte fiunt, ver verò ſaluberrimum, & minus exitiale. *Hip. 3. aph. 9.*

Sed quoad febres, ſi hyems ſicca, & aquilonia fuerit, dictitabat etiam Hipp. Ver verò pluuioſum, & auſtrale, neceſſe eſt æſtate febres acutas fieri. quemadmodum ſi autumnus aquilonius ſit, & ſiccus, etiam febres acutas expectare oportet. *Hipp. 3. aph. 11. 12. 13. 14*

Morbi inſuper magna ex parte febres longæ fiunt: æſtate verò febres continuæ, ardentes, tertianæ, quartanæ, autumno autem febres quartanæ, erraticæ, vel ſimiles aliæ. *Hipp. 3. aph. 16. 21.*

In quadam particulari conſtitutione, mulieres, inquit Hippocr. non ſimiliter à tuſſi affictæ ſunt, verum paucæ febricitarunt, & ex his valde paucæ ad peripneumoniam deuenerunt, atque hæ ſeniores, & omnes ſuperſtites euaſerunt. Cauſabat autem hoc fieri, eo quod non ſimiliter vt viri prodirent. *Hipp. 6. epid. ſect. 7.* *Vide Plin lib. 7. c. 50. Liu. 1. decad. Agath. l. 5. hiſt. peregr.*

At anginæ ſubiungit ibidem, liberis duabus oboriebantur, atque hæ manſuetiſſimi moris: abundantius autem famulas corripiebant, quibus & valentiſſimæ fiebant, ipſaſq. celerrimè peribant. Ex quibus omnibus manifeſtò apparet, ad febrium prædictionem, etiam cœli particularem conſtitutionem obſeruandam eſſe: veluti clarius Hippocrat. idem oſtendet, quicumque

Digitized by Google

epid. libros legendo, obſeruare non ſu pigebit.

Et ex vniuſcuiuſque etiam regionis conſtitutione ſuperius affirmabatur ex Hipp. Atque ex Gal. ſuper hunc textum, ad futurorum in morbis prædictionem, loci forma maximopere facit: vt lib. de aere, aquis, & locis Hipp. etiam demonſtrabat.

In iiſdem Epid. libris, ægroti cum deſcribuntur, in Thaſo, legitur, in Cranone, in Laryſſa, in Abderis, in Cizico, in Meliboea, in Perintho, in Aeno. Aelide, in Ormiadis, Athenis, in Pheris, in Omilo, in Delo, in Polla; in Candia, in Olyntho, in Syro, in Salamine, & ſimilibus. Per hæc, inquam, loca peregrinatus fuerat Hipp. & in iiſdem quoque locis cuncta librorum Epid. obſeruauerat. Vnde libri dicti ἐπιδημιῶν Græcè inſcribuntur, ab Epidimia quæ peregrinationem quoque ſignificat. Vniuſcuiuſque igitur conſtitutio regionis etiam quid in febribus prædicendum ſit, oſtendit.

Ex victu.

Aegroti, 3. & 4. lib. epid. IN Thaſo Phyliſtes ex potationibus acutè febricitauit, recenſet Hippocr. Cherionem qui decumbebat apud Demenetum ex potu febris corripuit.

Nicodemum & adoleſcentem in Meliboea ex venere, & potu.

Apollonius in Abderis intempeſtiuè bubalinam edit, ac bibit, ideoq; incaleſcit: poſt hæc lacte vtitur cocto, & crudo, multo, caprino, ac ouillo, & victu malo: proinde omnium læſiones magnæ ſequutæ ſunt.

Parius qui centeſima, & vigeſima die obijt, edulijs multis, & vitioſis vtebatur.

Eurianactis filia ex guſtato botro in delirium incidit. Quia, inquam, & victus quo vſi fuerint febricitantes maximè demonſtrat quid in iiſdem futurum ſit: propterea

pterea, & eorundem victus qui in epid. reperiuntur, multoties referre voluit Hippocr. Et ſic ex victu etiam affirmabatur.

Ex conſuetudine.

QVæ ex longo tempore conſueta ſunt, & ſi deteriora ſint, inſuetis tamen minus moleſtare ſolent. Hipp. in aphor. edocebat. Vnde in Progn. Hip. 2. aph. 50
Dentium ſtridor etiam legitur, pernicioſus eſt, quibus Hip. 1 progn. 24. 1. progn. et
non & ſanis familiaris fuerit. Eſt decubitus, inquit in coacis.
etiam Hipp. ille optimus, qui à ſanorum conſuetudine Hip. 1. progn.
non variat. Sicut è contra, non laudatur decubitus quo 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23.
braccia, ceruix, & crura extenduntur.

Id verò grauius eſt, ſi ſe ipſum æger continere non valens, ad pedes ſubinde delabitur. Vbi pedes nudat neq; iis calor ſubeſt. Vbi bracchia, ceruicem, & crura inæqualiter diſpergit, ac nudat, mali morbi, angoriſque ſignum eſt.

Pernicioſum eſt etiam, vbi hyans quis aſſiduè dormit. aut vbi ſupinus iacet cruribus vehementer contortis, complicatiſque.

Si pronus iaceat æger, qui per bonam valetudinem ſic dormire non conſueuit: aut delirium, aut ventris dolorem portendit.

Vbi denique reſidere vult æger in ipſo morbi vigore, malum quidem indicium eſt, in omnibus acutis affectibus: ſed longè peſſimum pulmonibus laborantibus.

Hæc quidem omnia de decubitu, ideò quidem vt affirmabatur, malum indicant, quoniam non conſueta ſunt. ſi autem conſuetudini reſpondeant, non malum. Vnde conſuetudo etiam præſagire facit in febribus.

Ex vitæ ſtudiis.

Gal. in comm. DEmonſtrant quoque præſagia vitæ ſtudia. Cuncta nimirum illa, cum Galen. quæ obeunt homines, aut vtilitate adducti, vel neceſſitate, ſiue nauigent, ſiue terram colant, ædificent, fabricentur, venentur, & huiuſmodi alia faciant.

Hipp. 3 epid. In iiſdem Epid. libris Hippocr. adoleſcentem inquit, qui decumbebat in mendacium foro, febris corripuit ex laſſitudinibus, laboribus, & curſibus inſolitis: nulla, inquam alia ratione, niſi quoniam ſtudia vitæ ad earundem febrium præſagitionem etiam atq; etiam faciant.

Ex ætate.

Hip. 2. aph. 34 IDeoque in aph. minus in morbis periclitantur homines, quorum ætati, legitur, magis congruit morbus, quam nulli iſtorum congruat.

Hip. 2. aph. 25 27. 29. 30. Et alibi. Cum dentire autem incipiunt homines, febres fiunt.

Sicuti grandioribus, & accedentibus ad pubertatem, febres diuturnæ magis, atque iuuenibus febres acutæ: vtraq; hanc ætatem febres ardentes, & ſimilia fiunt Sextò inſuper epid. ætatem ab ætate diſcernere oportet, Aegroti. 3. & 4. epid. Hipp. idem edocebat. Et cuiuſdam mulieris hiſtoriam exarando, quæ decumbebat in mendacium foro, Aetas, inquit, huic erat circa annum decimumſeptimum: quemadmodum de adoleſcentulo primum delato, ad finem hiſtoriæ, paucos, refert. hic annos habebat propemodum viginti.

Ex ſermonibus.

EX ſermonibus non conſuetis, videlicet, quando ſi æger ſuo modo loquatur, quo ſolebat antea integra valetudine, nihil mali expectandum, inquit Gal. in commentario. Si verò è contra accidat malum, cum ſermones huiuſmodi aliquam oſtendant mentis læſionem.

Dicebam verò ex ſermonibus non conſuetis dubitandum eſſe, quia tametſi tales, vt plurimum infœliciter prædicant, nihilominus cum iiſdem febricitantes interdum quoque ſanantur, vt mulieri in Thaſo accidit propè Pyladæ ædes in Leio decumbenti. Cui quamquã prima die ſermones multi fuiſſent, tertia tamen perbenè iudicatur. *Aegrota, 3. li. epid. ſect. 3.*

E contrà verò Apollonio in Abderis febricitanti, clamores multi, multique ſermones adfuere, & die decimaquarta obijt. *Aeger. 3. lib. epid.*

Sileno etiam refert Hipp. ſermones multi, riſus, cantus, continere ſe non poterat, perijt nihilominus etiam ipſe. Ita quod ſermones non conſueti febricitantibus maiori ex parte malum oſtendunt.

Ex moribus cuiuſque.

DEclarat hæc verba Hippocr. in coacis, & primò prorrhitt. quando ex moderato, inquit, ferox reſponſio, malum.

In Cyzico mulier, fertur, ab initio taciturna, ac tetrica, ſcilicet auſtera, vt græca ſonant verba, necnon etiam inobediens, quæ tandem diem ſuum maximè obijt. *Aegrota, 3. li. epid.*

Pluries obſeruaui, cum in viris, tum in mulieribus

benè morigeratis, atque pudicis, quæ cum nimis liberæ eſſent in ijs oſtendendis, quæ prius maxima cum diligentia latitabant, ſemper ferè in ægritudinibus ſuis malum finem conſequutæ fuere. Vt è contra modeſtiſſimi quidam viri, cum in obſcœna verbis, vel facto prorumperent, maiora mala ipſis deinde inſequutæ fuere.

Ex taciturnitate.

PRæterea taciturnitas etiam in morbis, ſiuè febribus, quid futurum ſit demonſtrat. Vnde Euryanactis filia nihil effabatur, & periit, cum Hipp. (Aegroti, 1. & 3 libr. epid.) Quemadmodum in Cyzico mulier ab initio taciturna, ita item naturæ conceſſit, cum Dealcis vxore, & alijs ſimilibus. Nulla autem ratione taciturnitates in febribus malæ ſunt, niſi quoniam vel amiſſam virtutem oſtendunt, vel neruorum reſolutionem, vel mentis quandam offenſionem. Ideoq; mentis emotiones taciturnæ, in eo qui voce priuatus non eſt, pernicioſæ ſunt, idem Hipp. edocebat. (Hipp. coac.)

Taciturnitates igitur in febribus malę ſunt, dummodo tamen extrinſecus haud exoriantur: in quo caſu licet bonę affirmari non valeant, nihilominus nequaquam adeò pernicioſas affirmarem.

Ex cogitationibus.

EX cogitationibus autem ęgrorum, non verò medicinam facientium etiam affirmarem. Et eadem vtique ratione, quam de alijs ſuperioribus adducebamus. quò videlicet huiuſcemodi cogitationes à naturalibus recedunt; ſi parum paruus eſt morbus, ſi multum multus, ſi valdè multum lęthale eſt, Hipp. de naturalibus

turalibus

turalibus operationibus, in aphor. vt ſuprà communiter edocebat. *Hipp. 7. aph. vlt.*

Ex ſomnis, & vigiliis.

SOmnus atque vigilia vtrumque ſi modum exceſſerit malum; malum, inquam, non autem lethale affirmauit Hipp. quoniam cum multis vigilijs moriuntur quandoque ęgrotantes, vt ſanè Phyliſco, & Sileno contigit. Sed nihilominus cum iiſdem ſanantur etiam; cuiuſmodi Herophon fuit tertius ęger epid. Hippocr. *Hip. 2. aph. 3.* *Aegrōti 1. lib. epid.*

In quo morbo ſomnus laborem facit mortale, in quo iuuat non mortale, in aph. idem Hipp. edocebat. Ad quę notandum eſt, laborem *πόνον* grecè appellari: *πόνος* autem genericè leſionem ſignificat; quam quidem leſionem, multipliciter etiam aſſumptam in eundem Hippocr. legendo inueni. Cuiuſmodi in hiſtoria Epicratis vxoris *πόνον* pro dolore accepit, quando *δευτερ*ᾳ, aſſerebat, *μετὰ τόκον ἔλαβε πυρετὸς ὀξὺς, καρδίης πόνος, καὶ γυναικείων*; videlicet, poſtridie à partu febris acuta eam inuaſit, cordis dolor, & muliebrium partium. *Hip. 2. aph. 1.* *Aegra 5. 1 lib. epidim.*

In hiſtoria verò Pythionis, qui ſuprà Heracleum templum decumbebat; ex laboribus, legitur, *ἐκ πόνου* græcè, rigor magnus, & febris corripuit. Ergo *πόνον* per eundem Hipp. etiam laborem ſignificat. *Pythio 3. epid. ſect. 3. ager. 3.*

Quemadmodum aliàs exacerbationem: Vnde in hiſtoria Parij in Thaſo ad finem, *οὖρα δ' αὐτῷ τέλος κακά*, dicitur, *κωματώδης τὰ πλεῖστα μετὰ πόνων*: hoc eſt, vrinę autem perpetuò malę, ſopores plurimi per exacerbationes, non autem cum doloribus, vt Latinus ait interpres: quandoquidem in hoc recenſito Pario, cum ab Hipp. hiſtoria conſtrueretur, nulli recenſentur ſub- *Parius ager 1. 3. ſect.*

Virgo in Laryſſa ægra 12. 3. lib. epidim. ſect. 3.

Celſus in hoc aph. legit laborem.

Hip. in prorrhis.

lati labores. πόνοι, itaque, etiam exacerbationes ſignificant. Ideoq. in Pythione ſupradicto, ἐν ἀρτίοισιν οἱ πόνοι τούτῳ legebatur. atque Virgini in Laryſſa, οἱ πόνοι ἐν ἀρτίοισι. ſcilicet & in paribus exacerbationes, non autem dolores huiuſcemodi fiebant. Cum autem ſupradicta dictio πόνος etiam exacerbationem ſignificet, an poterimus quoque affirmare, in quo morbo ſomnus exacerbationem facit, mortale eſt, in quo verò iuuat, non mortale? Ergo in quacumque etiam febre ſomnus exacerbationem facit, mortale dici poterit, vt è contra ſi iuuet, non mortale. Sed qua ratione? quoniam, affirmarem, in ſomno multis alijs ab operationibus natura vocat, ita quod cum in hoc pariter à morbo ſuperetur per exacerbationem, ſignum eſt peſſimum: natura nimirum victa eſt, & in morbi viribus iam ex toto detruſa, ex quo mortale eſt, vt perbene Hipp. aſſerebat, ſi à ſomno febres exacerbentur. Quemadmodum ſimillima ratione nequaquam mortale eſt, quinimò è contra, prodeſt ſomnus in febribus exacerbationem haud inducens.

In ſomno autem ad præſagiendum non quidem effectus ſolummodò, verum etiam & plura alia perpendebat Hippocr. Vnde in Coacis, Somnus turbulentus in acutis quibuſdam conuulſionem ſignificat: è contrà verò minimè turbulentus, ſed profundus etiam iudicationem firmam demonſtrat.

Atque ibidem & alibi, turbulentæ, aſſerebatur, cum ferocia à ſomno excitationes mentem emouentes malæ ſunt, itemque conuulſoriæ, tum aliàs, tum cum ſudoribus. Sed & ſomno nunc omiſſo, cum plura de hoc alibi ſim loquuturus: Prognoſtica deſumuntur etiam.

Ex

Ex inſomniis.

CIrca inſomnia verò ad illa in præſenti me remittam, quæ idem Hipp. in libello proprio edocebat. Inſomnia, videlicet, quæcumque mens hominis in noctem per ſomnum offert de diurnis actionibus, & reddit quo modo facta ſunt, & quæ ſeria, ac iuſta in re per diem facta ſunt, aut de quibus conſilium initum eſt. hæc homini bona ſunt, ſanitatem enim ſignificant, propterea quod anima in diurnis conſilijs perſeuerat, neque repletione, neque euacuatione, neque aliqua alia forinſecus allapſa re victa.

De huiuſmodi obiter inſomnijs, nequaquam verò de omnibus communiter alloquutum eſſe Petronium Arbitrum affirmarem, quandò *Petronius Arbiter in fragmentis.*

Somnia, inquit, quæ mentes lædunt volitantibus umbris,
Non delubra Deum, nec ab ætere numina mittunt,
Sed ſibi quiſq; facit. nam cum proſtrata ſopore.
Languent membra, quies, & mens ſine pondere ludit.
Quidquid luce fuit, tenebris agit, oppida bello
Qui quatit, & fortis miſerandas ſæuit in vrbes.
Tela videt, verſaſq; acies, & funera Regum,
Atque exundantes profuſo ſanguine campos.
Qui cauſas orare ſolent, legeſq; forumque,
Et pauidò cernunt incluſum corde Tribunal.
Condit auarus opes, defoſſumq; inuenit aurum.
Venator ſaltus canibus quatit. eripit vndis.
Aut præmit euerſam periturus nauita puppim.
Scribit amatori meretrix, dat adultera munus.
Et canis in ſomnis leporis veſtigia latrat.
In noctis ſpatio miſerorum vulnera durant.

Sed quidquid de ſomnijs Petronius intendat, & de quibus, abſit pro nunc oratio: ſatis eſt autem ſcire, quod inſomnia bona ſunt, quotieſcumque de veris, *Ariſt. 4. hiſt. anim. Plin. lib. 11. c. 75.*

ac

ac bene actis à febricitantibus fiunt.

Et cum Ariſt. & Plin. adeſſe ſomnia, quibus amplius nequaquam fuerant, etiam malum eſt. Somnia, inquam, præter naturam, atque de illis dicerem, quæ ſuperioribus deſcriptis diuerſa ſunt.

Hipp. 4. epid. Malum, itaque, eſt ſomniare, non tamen mortale: quandoquidem Critias in Epid. ab Hipp. refertur, qui in febribus ab inſomnijs vexabatur, ceſſauit tamen ipſe eadem ſomniare, vnà cum iudicatione. Ergò & inſomnia quoq; proſunt ad præſagationem.

Ex vellicationibus, & pruritibus.

SI conferenter accidant vellicationes, & pruritus, indicio ſunt alicuius bonæ iudicationis, cum Hipp.1.aph.2. Hipp. in aph. cum de excretionibus, ſi confert, & facilè ferunt, aſſerebat.

Ex lacrymis.

DE lacrymis edidimus iam paruum libellum, ideoque eadem repetendo conterendum hic non eſt tempus. Scire tamen pro nunc ſufficiat, lacrymas ſpontaneas nequaquam indicare malum, vt inuoluntariæ è contra peſſimæ ſunt, cum Hipp. in aph. in Hip. 4. aphor. 52. & 6. epid. epid. & alibi.

Ab exacerbationibus.

DE exacerbationibus ſuppono primum quæcumq; Marſilius Cagnatus Doctor meus edidit, ſuper aph. ſeptenorum quartus eſt index: in quo loco quartum ad indicandum præcipuam obtinere facultatem affirmabat. quibuſcumque nimirum eadem die quarta

praua

praua ſigna eueniunt, non modò ſeptimam, vt communis eſt opinio, indicari, ſed omne morbi tempus, vt è contra, ſi bona quarta dies, bonum etiam morbi finem nos expectaturos. Pro confirmatione eiuſdem ſententię, habemus in Hippocr. plura exempla. atque pręſertim in epid. Phyliſcus, Pythio in Thaſo, & ſimiles alij recenſentur. Vnde alio loco idem Hipp. in febre continua loquebatur, ſi quis quarta die, & ſeptima affligatur, & vndecima haud iudicatus fuerit, plerumque perit. Non modo inquam in febre continua, verum etiam, & in quacumque febre quartus dies bonum, vel malum oſtendit: bonum videlicet, quandò Mulieri, quę decumbebat in littore, vox reuertitur quarta die, & ideò nequaquam occidit, tametſi multa pręceſſiſſent ſympthomata aliàs pernicioſa. Quartus itaque dies ad prędicendum pręcipuam obtinet facultatem. Neque verò obſtat quod Metoni quarta die licet omnia exacerbata fuiſſent, nihilominus quinta iudicatus perlegatur: quoniam cum ſuſpicione recidiuę id accidit, vt in eadem hiſtoria eluceſcit.

Phyliſcus æger, 1. lib. epid. Pythio. 3. lib. Hipp. lib. de iudicat.

Mulier ęgr. 1. lib. epid.

Meton. æger. 7. 1. li. epid.

Hanc prętereà eandem vim pręſagiendi, in febribus pręſertim, & ſecundus etiam dies obtinet ſententia mea: quinimò in libris epidem. plures aduerti adnotatos febricitantes ex ſecunda die indicatos, quam ex quarta. Secunda itaque die ſi febres exacerbentur eadem ſequuntur mala, atque in ijs relatis, qui in quarta exacerbationes pertulere. Manifeſtum eſt idem cum ijſdem Hipp. epid.

Phyliſco nimirum ſecunda die omnia exacerbata ſunt, & perijt ibidem legitur. Sileno, & Eraſino ſecunda die febris exacerbata, & pariter interiere. Phyliſtes in Thaſo, adoleſcentulus qui habitabat in Mendacium foro, mulier apud Pantimedem, mulier quæ habitabat in Mendacium foro, Caluus in Laryſſa, Nicodemus in Abderis,

Phyliſcus, Silenus, & Eraſinus ægri, 1. lib. epid.

Aegri, 3. lib. epid.

Abderis, & ſimiles alij, ſecunda die morbi indicia mala habuere, ideoque omnes obierunt.

Pythio inſuper, qui habitabat iuxta telluris templum, cuique omnia ſecunda die exacerbata fuere, licet quidem non deceſſerit, nihilominus cum recidiua iudicatus refertur, & difficilè.

Igitur ſecunda die ſi exacerbentur febres: videlicet prima vice exacerbentur (quoniam accidentia morborum cum bona, tum etiam mala, præſertim in primo inſultu demonſtrant) vt plurimum malum eſt. Dico autem vt plurimum, cum medicinæ documenta perpetuæ non ſint veritatis, verum vt in naturalibus fabricata, interdum, licet de rarò, minimè vera ſint. Cuiuſmodi in quadam Muliere in Thaſo patuit, quæ decumbebat propè Pyladæ aedes in Leio: huic, inquam, etſi febris acutior ſecunda die, tertià tamen perfecta iudicatio acceſſit: Sed ex mœrore cum occaſione incœpit hæc laborare, ad finem hiſtoriæ animaduertit Hipp. & quaſi vellet affirmare, nequaquam mireris quicumq; hanc perlegeris hiſtoriam, quandoquidem tertia die huiuſmodi iudicatur ægra, quoniam affectus intrinſecus oriebatur. ſuperuenit fortaſſe huic mulieri aliquid iucundi, & propterea illicò etiam valetudini reſtituta fuit, nequaquam obſtante indicatione ſecundi diei, in qua febris acutior euaſerat.

Aegra, 3. lib. epid.

Præter ſecundum verò, & quartum diem generice loquendo: exacerbationes, inquit alio loco Hipp. in diebus paribus malæ ſunt, quemadmodum & in illis accidit, qui 1. epid. referuntur, in 3. & alibi. Malæ autem huiuſmodi per pares dies exacerbationes ſunt, quoniam natura in febribus naturaliter per impares mouet: vnde idem Hipp. maximè imparem numerum vereri edocebat: nam hi dies in alterutram partem inclinare faciunt, vt proprijs verbis vtar.

Hipp. 1. epid. conſt. 3. 3. epid. ſect. 3. Gal. 4. aph. 36

Hipp. 2. de morb. & lib. acut.

In exacerbationibus, conſequenter, ſunt etiam cogitandi dies iudicatorij: quandoquidem ſi in talibus eædem accidant, malum eſt cum eodem Hipp. Vnde cuidam homini duodecimo loco primi epid. ſeptima die cuncta exacerbata ſunt, & perijt, in epid. recenſetur. Pario in Thaſo ſeptima die omnia exacerbata ſunt, & etiam perijt. Sicuti eundem quoque finem adoleſcens quidam in Mœlibæa habuit, cui omnia in febre decima quarta die exacerbata referuntur. *Parius, & adoleſcens ex Mœlibaea ægroti, 3. lib. epid.*

In iudicatorijs diebus febres ſe exacerbeſcentes peiores euadebant illis febricitantibus, qui ab eodem Hipp. 1. epid. deſcribebantur. Ideoque, inſuper, vel longas, vel læthales iudicationes conſequebantur: iuxta illa tam ſæpè decantata, iudicatoria non iudicantia partim læthalia ſunt, partim verò difficilis iudicationis. *Hipp. 1. epid. conſt. 3.* *Hipp. 2. epid. ſect. 1.* Cœterum de ijſdem exacerbationibus agendo, ad principia, docet Hipp. conſiderandæ ſunt exacerbationes, & an citius redeant, & continuitas, & quæ ſequuntur. *Hipp. 4 epid.* An citius redeant, videlicet, quoniam huiuſmodi magis periculoſæ, quam è contra: atque præſertim in illa particulari febre in aph. deſcripta. Vbi, quibuſcumque fiunt febres, quacumq; hora febris dimiſerit, ſi eadem hora cras occupauerit, iudicium ſequitur difficile, idem Hippocr. affirmabat. Si eadem ſcilicet qua dimiſit febris hodierna, eadem hora, inquam, qua dimiſit; ſi cras incipiat; intelligendum eſt, iudicium vtique difficilè ſequitur. *Hip. 4. aph. 43*

Et continuitas etiam ſupradicto 4. Epid. obſeruanda eſt in febribus cum eodem Hipp. Quoniam febres continuæ maiori ex parte periculoſiores intermittentibus. Ita quod ad principia noſtræ loquutionis redeuntes, exacerbationes quid in febribus prædicendum ſit, etiam atque etiam demonſtrant.

Ex

Ex ſeceſſibus.

IN ſeceſſibus plura ſunt quę obſeruanda ſeſe obuiam faciunt. Atque primò colores, quandoquidem inter eoſdem ſeceſſus, alij quidem nigri ſunt. Cuiuſmodi in Sileno referuntur, in Herophonte, in Mælidia quę decumbebat juxta Iunonis templum, in eo qui in Dealcis horto habitabat, in Leophorbida, & alijs ſimilibus: in quibus omnibus proculdubiò mali fuere nigri ſeceſſus. quoniam & ſi præter Silenum nulli alij interijſſe dicantur, reliqui nihilominus cum difficultate judicati referuntur.

Aegroti li. 1. 3 & 7. epid.

Mali itaq; ſunt nigri ſeceſſus, quinimò peſſimi cum eodẽ Hipp. in aph. quando deiectiones nigrę, ſanguineæ, ſponteque procedentes, ſiue cum febre, vel ſine febre, peſſimæ ſunt, aſſerebat. Peſſimæ, inquam, nõn verò perpetuò læthales, vt lib. de judicat, 2. progn. & alibi tales appellabat.

Hip. 4. aph. 21. *2. Progn. 22.*

Deinde ijdem ſeceſſus referuntur quoque ab Hipp. rubicundi, vel ſubrubri. & rubicundos valde alui ſeceſſus in omnibus morbis malos etiam dixit in Prorrhit. Subrubros autem non adeò malos, vt in Metone apparuit, cum iiſdem 5. die iudicato.

Hipp. in prorrhit.

Leguntur etiam in epid. libris, ſeceſſus pallidi, quemadmodum in hiſtoria adoleſcentis ex Meliboea qui perijt, aut virginis in Laryſſa cum ijſdem iudicatæ. Vnde minimè læthales, neq; peſſimos, ſed malos cum Hipp. in progn. eoſdem vocabimus.

Hip. 2. progn. 20. 21.

Vltrà colores autem ſeceſſuum, examinandæ quoq; accedunt ſubſtantiæ. namque ſi eædem in ſynceras deſinentes ſint, exacerbatoriæ dicuntur in prorrhit. atque præſertim in morbo diuturno per aph. ſententias. Quinimò in vniuerſum, ſeceſſus meri, & in febribus præſertim,

7. aph. 6.

tim, maiori ex parte mali ſunt: quemadmodum in Sileno ſuperioribus recenſito patuit, in altera muliere apud Pantimedem, in Pythione in Thaſo, in Apollonio in Abderis, & alijs ſimilibus; cum interitu iudicatis: necnon etiam in muliere decumbente in littore, cui difficilè, atque in Cherione, cui cum recidiua iudicatio tandem acceſſit. *Aegroti, 1. & 7. lib. epid.* *Mulier, 1. lib. epid. Cherion. 3. lib. epid.*

Dicuntur præterea ijdem ſeceſſus leues, pingues, tenues, ſpumoſi, crudi, aquoſi, bilioſi, liquidi, & ſimiles.

Leues cum eodem Hipp. in progn. mortiferi ſunt, atq; cum iſdem Silenus 1. Epid. interijt. *Hip. 2 progn. 22.*

Tenuium idem Hippocr. in pluribus meminit Epid. ægrotis, ex quibus nonnulli deceſſere, reliqui verò ad valetudinem reducti ſunt, ita quod huiuſmodi periculoſi etiam.

Quemadmodum ſeceſſus etiam ſpumoſi cum Hipp. in progn. vnde cum iſdem Silenus obijt, atque in Dealcis horto vir decumbens difficilè iudicationem adeptus fuit. *Hip. 2. progn. 20.*

Crudi inſuper ſeceſſus fuerunt in Muliere apud Pantimedem, quę ſeptima die huius lucis vſum amiſit. Ergo etiam tales nequaquam periculo vacabunt.

Aquoſi pariter ſeceſſus obſeruantur ex eodem Hipp. in hiſt. Mulieris in Thaſo, adoleſcentis in Meliboea, atq; Heroptolemi vxoris. qui omnes vtique etiam ex vita diſceſſerunt, excepta virgine Laryſſea ſeptima die iudicata. Ideoq; ſeceſſus aquoſi cum Hipp. in progn. periculoſi ſunt. *Hip. 2. progn.*

Aquoſi autem ſeceſſus non modò quoad ſubſtãtiam, cum dicuntur, intelligendi ſunt, verum etiam quoad qualitatem ſiue colorem. Aquoſi nimirum ſeceſſus ſunt, & ſubſtantia, atque colore ad aquæ ſimilitudinem accedentes. Vnde in hiſtoria Hermoptholemi vxoris,

ris, ſeceſſus, leguntur, ab initio fului, poſtea verò aquoſi fuere.

Bilioſi, & liquidi tandem recenſebantur ſeceſſus. atque cum illis ſummum diem obierunt Appollonius in Abderis, & Pythio in Thaſo: iudicati è contrà referuntur Meton. atque difficile mulier, quæ in Littore decumbebat. Cum his autem, nempè liquidis ſeceſſibus, Nicolai concubina 7. epid. recenſita fuit, quæ etiam & ab hominibus migrauit. Atque propterea doctiſſimus Hipp. in progn. liquidos ſeceſſus periculoſos decantabat. Liquidi autem dicuntur ſeceſſus ad differentiam tenuiorum, cum omnes tenues, vtique etiam liquidi ſint, non tamen è contrà omnes liquidi tenues appellari valeant.

In totum verò de huiuſmodi huc vſque relatis ſeceſſibus, tanquam nonnaturalibus omnes malos appellabimus, & eo magis, quatenus à naturali ſtatu magis etiam alienabuntur, iuxtà illa Hipp. in aph. ſi parum, paruus eſt morbus, ſi multum multus, ſi valdè multum læthiale eſt, vt ſuperioribus pluribus dictum fuit. Eſt autem naturalis excretio, cum pluries recordato Hipp. denſa, ſubfulua, & non graucolens.

Hipp. 7. aph. vlt.

Hipp. li. de iudic. et 2. progn. 17.

Paul. li. 2. c. 3

Excretio naturalis ex aluo, inquit Paul. mollis eſſe debet, coherens, leuiter ruffa ſimul, & conuenienter ſpiſſa, non nimis fœtida, madens, quæ nec ſtrideat, nec crebrò, & paulatim excernatur: ſed mollis ſit, æqualis, compacta, & formata. vnoque verbo, naturalis illa eſt excretio, quæ eodem modo excernitur, quo in ſecunda valetudine excerni ſolebat.

Si igitur ſeceſſus ſuperioribus recenſiti, nequaquam anteà ab ipſis febricitantibus excerni ſolebant, omnes mali, vel mala indicabunt: dummodò tamen criticè non excernantur, in quo caſu, quicumque ſeceſſus, & qualeſcumq; etiam fuerint, boni, atque perfectiſſimi

appellandi

appellandi erunt. Ideoque in aph. excretiones, legitur, in febribus non intermittentibus, liuidæ. cruentæ, fœtidę, & bilioſę, omnes malæ. Sed ſi benè exeunt, ſiue per alui excretionem, ſiue per vrinas, bonæ ſunt. *Hip.4.aph.47*

Præter ſupradictas verò ſeceſſuum ſpecies, meminit idem Hippocr. in iiſdem pariter epid. ſeceſſuum grauiter olentium, necnon etiam malè olentium. grauiter olentium, inquam, & malè olentium, quandoquidem huiuſcemodi duo apud Hipp. quamquam confundantur, vt plurimum, & pro eodem accipiantur, interdum tamen differre videntur; atque præſertim in lib. de locis in homine, cum de vteris impletis agitur, ſic loquitur. Si quidem deſcenderit ſolum (de vtero intelligit Hip.) & illini poſſit vtere quocumque libet ex male olentium genere, τῶν κακοδμων græcè legitur, aut cedro, aut allij intrito, myttoto grę cis appellato, aut aliquo alio, τῶν βαρυτέρων, καὶ κακὸν ὀζομένων, graue, & male olentium ſcilicet. Grauiter olere, fortiter, vel valde olere ſignificare ego dicerem; ideoque graue, & male olentium ſimul aſſerebat nunc Hipp. quoniam ſcilicet huiuſmodi duo ſimul & ſemel eſſe vtique valeant; cum vel de bono, vel malo odore, grauiter olere etiam dici poſſit. Male autem, in aduerſum, ſemper malum ſignificet odorem. Cum igitur nimis fœtidi fœtore ſuo erunt hominibus ſeceſſus, graue olentes appellantur, δυσώδεα etiam græcè aliàs ab Hippocr. quemadmodum in hiſtorijs Melidiæ, necnon etiam 3. lib. eius qui in Dealcis horto decumbebat, διαχωρήματα δυσώδεα recenſet Hipp. idē. Seceſſus, inquam, graueolentes iidem vel mali, vel boni eſſe poſſunt, prout malè, vel benè à natura excernuntur. Vnde ex ambobus ęgrotis iamiam relatis cum ſeceſſibus graueolentibus nullus perijt; quoniam fortaſſe criticè, *Melidia, 1 epid. vlt.*

vel iudicatoriè ſeceſſus graueolentes eiſdem excerne-
Nicolai concubina, 7. epid. bantur. Vt è contra in Nicolai concubina ſanè contrarium euenit, ἱποχώρησις κακωδης παρα παντα τον χρόνον, huic accidit: Excretio videlicet male olens per omne tempus, & occidit. In totum autem male olentes excretiones, & ſecundum ſe conſideratæ, graue olentibus ſemper peiores. Ec ſic maleolentes igitur, necnon etiam graue olentes ſeceſſus, cum inter ſe differunt, tum etiam in febribus obſeruandi ſunt, ad earundem præſagitionem. Veluti etiam ſeceſſus mordaces in Me-
Phylini uxor, epid. lidia ſupradicta apparentes. Seceſſus combuſti in Phylini vxore, & Hermocrate, omnibus ex hac luce demigratis.

Seceſſus pariter vel pauci, vel multi ſunt. Multi, inquam, ſeceſſus ſympthomaticè aduenientes mali ſunt: Quinimo de ijſdem adnotandum eſt in hiſt. epid. cum multis ſeceſſibus plures fuiſſe ęgros qui interitum, quam ſalutem petierunt. Nimirum Hermocrates qui habitabat ad nouum murum, Mulier apud Pantimedem, altera mulier in Thaſo decumbens, Apollonius in Thaſo decumbens, Apollonius in Abderis, adoleſcens in Meliboea, Nicolai concubina, & alij ſimiles cum multis ſeceſſibus obierunt.

Hipp. 1. epid. conſt. 2. Vnde idem Hipp. aliàs, ventres turbatos in febribus vt malos referebat.

Atq; morbo ad iudicationem tendente alui egeſtionem denſari oportet. Denſari autem, inquit, verum non valde, atque præter naturam denſari debet aluus
Hipp. 1. de morb. in febribus. cum ipſemet Hipp. alio loco, Febricitanti
Hip. 2. progn. dixerit, aluus reſiccata malum. Sicuti & in progn. aluus exigua mala eſt.

Aluus itaq; nequaquam valde pauca excernere debet, quoniam vniuerſali cum regula, omnia pauca mala ſunt. Atque pauca excrementa mala fuere eidem

Pythioni

Pythioni in Thaſo, qui perijt. quamquam, vt paulò ante affirmabamus, pauca excrementa non adeò mala ſint in febribus, atque multa: cum ijſdem Herophon tertius æger 1.epid. Mulier quæ decumbebat in littore, Cherion apud Demenetum, & cæteri ſimiles valetudini reſtituti fuerint.

Sed præter paucitatem, vel multitudinem, ijſdem in febribus perpendebat Hipp. etiam ſeceſſuum varietatem, his verbis: Alui egeſtiones variæ, diuturniores quidem ſunt nigris, & alijs læthalibus egeſtionibus, nihilo verò minus perniciosæ, ſicut in Apollonio in Abderis accidit, 3. epid. recenſito: Varietas autem excrementorum, non modò intelligitur ſi vna die plura ſimul excrementa excernantur; verum etiam ſi vna die hæc, altera verò illa, vt idem innuit ibidem Hipp. *Hip. 2.progn. 11 li. de dieb. iudicat.*

Si varia itaque ſint excrementa in febribus, mala ſunt, & ſi pauca, vel multa appareant: quandoquidem vt perdoctè etiam alibi adnotabat Hippocrat. Deiectiones non multitudine ſunt æſtimandæ, ſed ſi talia deijciantur, qualia conueniunt, & ægri facilè tolerant. *Hip.1.aph.23*

Et quoniam cum ſeceſſibus lumbrici etiam nonnunquam excerni ſolent. propterea 2. progn. Lumbricos, ait idem Hippocr. cum excrementis ſub fine morbi deſcendiſſe, nihil nocet. cum excrementis ait nota: necnon etiam ſub fine morbi, quoniam temporibus alijs mali ſunt: quemadmodum cuidam accidit 12. ægroto 1. epidim. cui ſeptima die lumbrici cum ſeceſſu egreſſi fuere, & perijt. Et ſic ſeceſſus etiam febricitantium, ad earundem febrium prædictionem faciunt. *Hip. 2.progn. 18. & lib. de iudicat.*

Ex vrinis.

EX vrinis, inquit Hipp. in acutis, coniectare oportet id quod futurum eſt. Atque huiuſmodi duplici etiam capite nobis diſcutiendę ſeſe obuiam faciunt. quoad contenta, videlicæt, necnon etiam quoad continentia.

Hippocrat. 2. progn. 16. & lib. de iudicat. Quo ad contenta, inquam, vrina illa optima in progn. appellatur, in qua per totum morbi curriculum, album reſidet, leue, & æquale, hæc nimirum ſecuritatem, breuemque morbum oſtendit, vt è contra, contrarium etiam, eodem ſine contento vrina demonſtrabit. *Hipp. ibid.* Ideoque in eodem loco idem Hipp. nubecularum poſitum, aſſerebat, ſupremumque locum, an infimum teneant obſeruare oportet: nam quæ in ima parte conſtituuntur cum coloribus, quos ſupra propoſui, bonæ ſunt, laudabileſque. cum autem ſurſum attolluntur malæ. quia præſertim ſuſpenſa ſublimia deliria ſignificant. Apertiſſimè id in Pythione in Thaſo verificatur, *Hip. in aph. & aibi.* qui ſublimibus cum nubeculis delirans factus eſt, & decima interijt, necnon etiam Heropytho in Abderis, qui etiam delirus, atque *Aegrot. 3. lib. epid.* difficile etiam centeſima, & vigeſima die perfectè iudicatur.

Hip. 4. aph. 71 Deindè, quibus in febribus, edocebat Hippocr. in aphor. ſeptima die fit criſis, ijs imbecula in vrina quarta die rubra, & alia ex ratione. videlicet in Coacis legitur, dummodò alia iuxtà rationem exiſtant. Nubecula igitur, in vrina rubra, quarta die apparens, futuram criſim oſtendit.

Hip. 2. progn. 27. In progn. ſubrubra vrina legitur, in qua ſubrubrũ, leueq; reſidet, quamquam morbum diuturniorem, eundem tamen ſalubriorem fore declarat.

Hip. 7. ap. 32. Et in aphor. quibuſcumque febricitantibus in vrinis ſedi-

ſedimina fiunt, veluti farina craſſior, longam ægritudinem fore ſignificat: vnde cum hac ille qui in Dealcis horto decumbebat 40. die. atque difficile iudicatur.

Sed pręter longitudinem huiuſcemodi ſedimentum farinæ craſſiori ſimile, demonſtrat quoque periculum cum eodem Hipp. in progn. atque clariſſimè etiam in Sileno ſæpius recordato, cum interitu verificatur. *Hipp. 2 progn. 28.*

Peior verò, inquit ibidem Hippocrates, eſt vrina laminoſa, quamquam longè maius periculum illa portendit vrina, in qua tanquam furfura quædam reſideant. Si amplius in vrinis contenta genituræ ſimilia fuerint, mala etiam portendunt; cum & iiſdem cum vrinis, Phyliſcus 1. epid. necnon etiam Phyliſtes 3. etiam epid. delirantes fuerint, tum etiam deceſſerint. *Hip. ibid.*

In iiſdem ſimiliter contentis vrinarum, ab eodem Hipp. perpenduntur quoque formæ: quando in Phyliſco, & Eraſino 1. epid. ægris, quique occiderunt. atq; in Muliere propè ædes Pyladæ in Leio decumbente, quæq; difficillimè, & admirante Hipp. ſine recidiua iudicata eſt. Innatantia, inquit idem Hipp. vrinæ iſtorum rotunda deferebant. *Aegrot. 2 libri 3. epid.*

Et alio loco, cuiuſmodi in eodem Phyliſco, vel Clazomenio, qui difficilè deinde iudicatur, Innatantia legitur, diuulſa, vel diſperſa erant in vrinis: vnde poſtmodum in aph. Quibus in febribus proclamatur, vrinæ diuulſæ ſunt, ijs turbatio fortis in corpore fit. Diuulſæ autem vrinæ proprie quoad contenta intelliguntur: atque tales in febribus præſertim, malæ ſunt, affirmabatur. *Clazom. Aeger. 1. lib. epid.* *Hip. 7. aphor. vlt.*

Veluti etiam & valdè denſæ, & conturbatæ ſubſidentiæ, quales Poliphanto 7. epid. cum interitu apparuerunt.

Vrinæ inſuper illæ, in quibus innatantia non ſubſidebant, vt plurimum malæ recenſebantur in iiſdem

epid. libris. quando talibus cum vrinis Philiſcus alibi relatus, & Hermocrates 3. epid. cum obitu adnotati legantur. atque Mulier propè Pyladæ ædes in Leio, cũ ijſdem vrinis difficillimè iudicata refertur.

Hipp. 1. prorrhi. et 1. epid. conſt. 2.

Ideoque in Prorrhit. ab eodem Hipp. vrinæ non conſidentes, valdèq; innatantes, emotionem mentis ſignificant. atque alibi, cum febribus continuis peſſimæ ſunt, affirmabatur.

Quemadmodum verò vrinæ non ſubſidentes malæ feruntur ab Hipp. in præſenti: ita etiam è contra multam ſubſidentiam habentes, potius bonæ ſunt, quam aliàs: cum vrina multam ſubſidentiam habens à mentis emotione liberet, qualis erat Dexippo, 6. lib. epid.

Hipp 6. epid. ſect. 6.

Præter huiuſmodi autem, quæ hucuſq; retulimus perpenduntur etiam in contentis colores ipſorum. Vnde ſi album, leue ſit, & æquale quod in vrinis continetur, cum Hipp. ſuperius, bonum eſt. ſicuti è contrà malum, ſi nigrum, quale Sileno, vel liuidum appareat, cuiuſmodi in illo fuit, qui in Dealcis horto decumbebat, vel 3. epid. recenſetur. cui quidem viſcoſa amplius talis erat ſubſidentia. Igitur nec etiam tales ſubſidentiæ in febribus laudabuntur quandocunque contingant: eiſdem tamen rationibus, cum quibus & ſeceſſus etiam ſuperioribus damnabamus. videlicet ſympthomaticè, non verò criticè ijſdem aduenientibus.

Hippocrat. 2. progn. 19.

Secundò in febribus vrinæ accipiuntur vt continentes. atque etiam tales vel rubræ ſunt, vel ſubrubræ, aut albæ, vel nigræ, vel cineritiæ, vel pingues, vel oleoſæ, vel turbidæ, vel craſſæ, vel tenues, vel aquoſæ, & crudæ, vel pellucidæ, vel æruginoſæ, vel multæ, vel paucæ, vel ſemper ſimiles, aut variæ, & huiuſmodi.

Subrubra primum vrina longiorem, tutioremq; morbum ſignificat cum Hippocr. in progn. necnon etiam in

Hip. 2. progn.

in epid. Epicratis vxoris hiſtoriam recenſente.

Rubra verò maius in ſanguine cum incendium oſten dat, neque etiam morbum tutiorem promittit. cum præterea Hermocrates, & Poliphantus in Abderis, cum eadem vrina rubra, licet craſſa, interijſſe referantur.

Tertiò vel albæ, vel nigræ vrinæ enumerabantur. atq; albæ in progn. malum denunciant, cum Hipp. & in pueris præſertim.

In aph. Quibuſcumque legitur, vrinæ albæ ſunt, & perſpicuæ malæ, vt plurimum verò in delirantibus apparent. Malæ, inquam, in febribus vrinæ albæ ſunt: ideoq; Parius in Thaſo longo temporis tractu, atque Pericles in Abderis, cum ijſdem vrinis difficilè iudicati referuntur. *Hip. 2. progn. 32. 33.* *Hip. 4 aph. 74* *Aegr. 3. 1. epid.*

Quamquam verò albæ vrinæ nequaquam bonæ ſint: nigræ nihilominus cum eodem Hippocr. magis perniciosè: cum ijſdem deceſſerint Phyliſcus, Silenus, & Eraſinus 1. epid. Herophon, adoloſcentulus qui habitabat in Mendacium foro, mulier in Thaſo decumbens, Pythion eodem in Thaſo, atque mulier in Cyzico 3. lib. epid. ægrotantes, Heropythus in Abderis, ac tandem mulier in Thaſo prope ædes Pyladæ in Leio difficilè iudicantur. Licet etiam in hac vltima, fortaſſe vrinę nigræ fuerunt: quoniam circa iudicationem & multi erant quoque menſes. *Hip. 2. progn. 22.* *Herop. 6. 1. epid.*

Poſt nigras verò vrinas, conſequenter cineritias enumerabamus: in quibus cum Theodori vxor, atq; Menon 7. lib. Egroti, vltimum diem obierint, dicemus & has etiam cum alijs ſuperioribus malas eſſe. quinimò peiores plurimis, quando cineritij colores multam quoque præteritam oſtendant in venis aduſtionem.

Pingues inſuper vrinæ, necnon etiam oleoſæ dictitabantur. Atque huiuſmodi tametſi quodammodò inter ſe non diſſimiles videantur, differunt nihilominus

in aliquo. cum & pingues vrinæ eſſe valeant, non tamen oleoſæ, hoc eſt colorem etiam olei referentes.

De pinguibus autem vrinis, neque leuiter nos debet terrere, loquebatur Hipp. in progn, vrina illa, cui pinguendo telis araneorum ſimilis innatat: quippè quæ hominem tabe conſumi ſignificat.

Hip. 1. progn. 35.

De oleoſis autem, nempè vrinis illis, quę & ad colorem, necnon etiam ad ſubſtantiam olei ſimilitudinem referunt. De his, inquam, habemus hiſtorias 1. epid. Dromeadæ vxoris. cuiuſdam alterius hominis: atque in 3. item Epid. leguntur Parius in Thaſo, Pythio in eodem Thaſo, mulier in Cyzico, ac tandem adoleſcens ex Meliboea. Quibus omnibus deliria primum, mox verò ad finem interitus aduenere. Itaq; tum pingues vrinæ, maximè vero oleoſę peſſimę ſunt.

Sunt etiam non bonæ vrinę turbidę, ſiue craſſę: quę duo licet maiori ex parte ſimul coincidant, nihilominus inter ſe maximè differunt. cum & vrinę turbidę eſſe valeant abſque eo quod ſint craſſę: & è contrà, craſſę etiam dari poſſunt vrinę, quamquam turbidę non ſint. Vnde in hiſtoria pręſertim Epicratis vxoris, vigeſimaprima, inquit idem Hipp. vrinæ turbidę craſſę. Si ambo videlicet nomina nunc relata idem ſignificarent, vtique dictionem craſſę addere non fuiſſet opus, nulla igitur alia ratione addidit Hipp. niſi quoniam craſſę & turbidę vrinę inter ſe differunt.

De turbidis autem, & craſſis ſimul vrinis, quibus vrinę, docebat Hippocr. ſunt perturbatę, quales iumentorum, ijs dolor capitis vel adeſt, vel aderit. quemadmodum in Philini, vel Dromeadę vxoribus euenit. Quibus dolores capitis iam aderant, atq; propterea in vrinis color, inquit, & craſſitudo ſimilis, qualis eſt in vrinis iumentorum.

Hip. 4. aph. 7.

Sed dubitabit aliquis circa hanc ſententiam, quibus vri-

vrinę ſunt perturbatę quales iumentorum: an dictio ſcilicet quales;ſuper colorem,an verò ſuper ſubſtantiam ipſarum vrinarum cadat?

Cui dubitationi breuiter ſatisfecit idem Hipp. ſententia mea, in hiſtoria Poliphanti 7. lib. Epid. Vrina inquiens, huic febricitanti rubicunda prodijt conturbata, velut iumenti. Ergò vrina poteſt eſſe qualis iumentorum etiam ſinè colore. & per conſequens dictio qualis in aphor. ſuper ſubſtantiam cadit ſolummodò, non verò cumulatiuè colore adiuncto. cum etiam & non vnus tantum ſit color equini lotij, ſed interdum ſubruber, nunc ſubflauus, aliàs aquoſus conſpiciatur, vel alterius coloris.

Hic Poliphantus perijt vehementib⁹ cũ conuulſionib.

Sed quid amplius circa hanc quęſtionem?quibus vrinę ſunt perturbatę quales iumentorum, dictio quales dicit relationem ad pręcedentia verba, videlicet perturbatæ. Ergo ſuper turbationem etiam cadere dicendum eſt, non autem in colorem, veluti ſciſcitabatur. Pręter dolores capitis, vrina eadem craſſa & turbida, ſolet interdum conuulſiones indicare, vel interitus, vt in Eualcidę famula idem Hippocr. 7. Epid. adnotabat. Quinimò cum talibus vrinis interitum acceſſiſſe refertur in pluribus Epid. ęgris. pręcipuè verò in Phylino, Epicratis vxore, & nonnullis alijs continuè febricitantibus,alio loco ab Hipp. recenſitis.

Hipp. 1. epid. conſt. 2.

Craſſę igitur, turbideq. vrinæ malę ſunt, & eò magis malę,ſi depoſitę non ſubſideant: veluti in eadem Dromeadę vxore adueniebant, vel in Hermocrate vigeſima & ſeptima die mortuo.

Quibus in febribus, inquit etiam Hipp.in aph. ſperatur abſceſſus futurus ad articulos, eos liberat ab abſceſſu vrina multa, craſſa, & alba, qualis in laſſitudinoſis febribus quibuſdam incipit fieri quarta die, qualis etiã fuit Archigenis familiari, vt idẽ Hip.in epid.retulit.

Hip. 4. aph. 74

Hipp. 6. epid. ſect. 4.

Sed

Sed dices, paulò ſuperius vrinæ albæ non laudabantur. quà igitur ratione ab abſceſſibus liberant, vt Hipp. in aph. docuit?

Reſpondetur documentum hoc aphoriſticum eſſe particulare, & conditionatum: quamquam in totum, atq; per ſe, vrinæ albæ malæ ſint, cum plurimas etiam oſtendant cruditates, anguſtiamq; vaſorum, vel caloris imbecillitatem, ideoq; malæ enunciabantur.

Vel tenues, vel aquoſæ, vel crudæ, vel pellucidæ, deinde affirmabamus vrinæ ſunt. tenues videlicet vrinæ ſunt, quæcumq; ſubtiliſſimis inſpiciantur conflatæ partibus.

Vt aquoſę, colore, & ſubſtantia ad aquam ſimilitudinem habentes.

Crudę inſuper aſſeruntur vrinę, quę inconcoctę ſunt, nebuliſq; carentes:

Pellucidæ tandem vrinæ appellantur, quæ multum luminis in ſe repræſentant.

Tenues igitur, aquoſæ, crudæ, vel pellucidę vrinę ſunt, atque inter ſe maximè differentes. Cum tenues vrinæ oſtendi valeant, quæ nequaquam crudæ, pellucidę, vel aquoſę, verum rubræ ſint, vel nigræ. vt in adoleſcente in Mendacium foro decumbente apparuerunt, in muliere in Thaſo, & ſimilibus. qui omnes cum nigris vrinis, atq; tenuibus ab Hipp, in epid. referuntur.

Valent quoque oſtendi vrinę crudę, ſine contentis, vt puta, quę nec etiam aquoſę ſint, tenues, vel pellucidę.

Aquoſę inſuper inſpici poſſunt vrinę, abſq; eo tamen quod neceſſariò pellucidę ſint, vel crudę.

Veluti poſtremò vrinę pellucidę ſunt, & abſque eo etiam quod aquoſæ, vel crudę exiſtant.

Ergò tenues, aquoſę, crudę, vel pellucidę vrinæ nequaquam

quaquam vnum, & idem ſunt, verum inter ſe maximoperè differentes, vt affirmabamus.

Iuxta Hippocr. verò in progn. tenues, & aquoſę vrinę pernicioſę ſunt. namque Phylini, & Epicratis vxores, ille qui in Dealcis horto decumbebat, Phyliſtes, Euryanactis filia, adoleſcens in Mendacium foro, alter adoleſcens apud Pantimedem, Heropythus, Nicodemus, Mulier in Thaſo propè ędes Pyladę, Apollonius in Abderis, mulier in Cyzico, adoleſcens in Meliboea, & ſimiles alij, cum tenuibus vrinis, obierunt diem ſuum. *Hip. 2.progn. 32.33.*

Cum aquoſis autem, vel dilutis, quod idem eſt, animam efflauerunt in Cyzico mulier, & adoleſcens in Meliboea.

Tenues verò vrinę, atque crudę deterrimę ſunt, & in pueris pręſertim, vt Hippocr. in progn. edocebat, & ratio eſt ſententia mea, quoniam pueris vrinę, cum Hipp. ibidem, natura craſſę ſunt. Ergò ſi tenues malę, quia non naturales. & eò amplius peiores, quãto etiam tenuiores obſeruabuntur. *Hip. 2.progn.* *Hip. 4.aph.72*

Quibus in febribus, docebat idem Hipp. vrinę albę ſunt, atq; pellucidæ malę; delirium ſiquidem portendunt: cuiuſmodi Phyliſtidi in Thaſo euenit, vel Phylino. *Aegr. 1.& 3. epid.*

Crudę tandem vrinę, omni videlicet nubecula carentes, malę ſunt etiam, pręſertim verò in morbi progreſſu: ſiquidem concoctricem facultatem penitus abolitam fuiſſe ab ijſdem declaratur. Ideoq; peſſimè etiam ſe habebant omnes illi, qui primo epid. conſt. 2. referuntur. necnon etiam Theodori vxor, & Menon. 7. lib. epid. ęgrotantes, cum ijſdem crudis vrinis diem ſuum obierunt.

In prorrhit. meminerat amplius Hipp. vrinarum ęruginoſarum, atq: has vt malas etiam recenſebat.

Vel

Vel multæ, vel paucæ etiam ſunt vrinæ. Paucæ, inquam, vel multæ pro potus ingeſti ratione perpenduntur ex Hipp. in epid. Vrinæ, inquiens, de quibuſdam febricitantibus prodeuntes, multæ quidem erant non pro potus ingeſti ratione, ſed multum excedentes, & quæ ſequuntur.

Hipp 3. epid.

Caluo in Laryſſa, loquebatur idem Hipp. vrinarum non bonarum copia prodibat, & perijt. non bonarum ſcilicet, quoniam præcupuè non criticè, at ſympthomaticè fiebant. Cuiuſmodi in muliere fuerunt, quæ decumbebat in Mendacium foro, in altera muliere in Thaſo, in Polyphanto in Abderis, & cæteris huiuſmodi cum multis vrinis perniciosè iudicatis.

Quo verò ad paucas vrinas, iam alibi vniuerſaliter, affirmabatur, quod omnia pauca mala ſunt: & ita etiam virgo in Laryſſa, Apollonius in Abderis, adoleſcens ex Meliboea, ac tandem, cuncti ferè ægrotantes in 3. conſt. 1. epid. experti fuere: eorumdemque magna pars vitam cum interitu commutauerunt.

Vel ſemper ſimiles, vel variæ vrinæ etiam dicuntur. Vnde pluries cum allegato Hipp. vrinarum varietas diuturnitatem morbi ſignificat.

Hipp li. de iudic. & alibi.

Vrinæ variæ fuerunt in Cleonactide, necnon etiam in illo, qui in Dealcis horto decumbebat, quorum pariter morbi cum longitudine finem attigere.

Sed dices Phyliſcus in epid. cum vrinis varijs ſexta die obiuit. Eraſinus cum ijſdem quinta die. Ergò lotij varietas nequaquam oſtendit in morbis longitudinem.

Verum an varietas lotij oſtendat longitudinem in illis tantummodò febribus, in quibus valetudo futura eſſe poſſit? Quandoquidem morituris vrinæ variæ ſemper ferè obſeruantur, & circa vltima ipſarum tempora præſertim. Aut dicamus hoc accidere, quod cum vrinis varijs febres longæ ſint, vt plurimum, nequaquam

verò

verò ſemper, cunctiſque febricitantibus.

Præter huiuſmodi verò hucuſque adnotata, in vrinis Hipp. obſeruabat ſtillas. *Hipp. 1. prorrhit.*

Si paucę nimirum veluti ſtillæ in vrinis apparent, malum eſt inquiens.

Malum inſuper, quinimò pernicioſum, docebat alio loco, quandocumque eædem vrinæ malum tradant odorem. *Hip. 2. progn. 32.*

Atque in Prorrhit. vrinarum, legitur. in acutis ex perfrigeratione interceptiones peſſimæ. *Hipp. 1. prorrhit. & in coacis.*

Ex rigore ſuppreſſæ malæ, & conuulſoriæ ſunt.

Poſtremò in iiſdem prorrhit. Vrinæ, docetur ex eodē Hippocrate, quæ minguntur à non recordantibus, nec commonefactis, pernicioſæ ſunt. vt in Muliere illa patuit, quæ decumbebat in mendacium foro; octaua die vrinam minxit multam, aceruatam inſcia, & periit. Ergò vrinę etiam demonſtrant febres, & in iiſdem quid futurum ſit. *Hipp. 1. prorrhit.*

Ex ſputis.

Fvnguntur quoq; eodem officio ſputa, de quibus ſcreatio frequens, legitur, ſi ſanè, & aliud quoddam ſignum adfuerit, phrenetica ſunt. *Hipp. 1. prorrhit. & 6. epidim. ſect. 3. 6.*

Et aliàs ſputa rotunda delirium ſignificant, vt in Pleno patuit, & illi in Plinthio.

Pythioni 3. epid. ſputa varia ſubrubra adnotantur, & difficile etiam iudicatur.

Duodecimo ęgroto 1. epid. à ſomno ſputatio, vt idem inquit Hipp. & periit.

Sputa itaque etiam ipſa aliquid futuri demonſtrant: de quibus cum copioſè in progn. Hipp. egerit, ad eadem me remittens, breuitatis cauſa, hęc pauca mihi dicta ſufficiant. cum etiam illa prognoſticorum propriè in pulmo-

pulmone affectis magis valeant: nequaquam verò vniuerſaliter in febribus, de quibus agere nunc intendimus.

Ex *vomitibus*.

MVltis modis conſiderandi ſeſe offerunt vomitus: Primò autem & principaliter, vel de multa ſunt, vel pauca materia.

Hip. 1. prorrhit. Vomitiones exiguę malę ſunt ex Hipp. in prorrhit. & exemplo manifeſtum fecerunt duodecimus ęger 1. lib. epid. Mulier quę decumbebat in Mendacium foro, Parius in Thaſo, & cęteri ſimiles, cuncti planè mortui ęgrotantes.

Malę itaque ſunt paucę vomitiones. Ergo è contra multę meliores erunt; atque pręſertim ſi criticis in diebus enaſcantur: veluti in muliere illa manifeſtum fuit in littore habitante: quę tametſi trimeſtri grauida, decimaquarta tamen die ex vomitu multarum bilioſarum maximè ſanatur.

Vltra paucitatem verò, necnon etiam multitudinem, perpendi debent ijdem vomitus etiam alijs rationibus. Atque primò meminit Hipp. in ijſdem epid. lib. vomituum ęruginoſorum, quos viroſos vocant aliquando interpretes. Cuiuſmodi in muliere, quę habitabat in Mendacium foro, vbi vndecima die, inquit Latinus interpres, vomuit viroſa, bilioſa, *ἰώδεα* legitur gręcè, hoc eſt ęruginoſa interpretarer. Aeruginoſi autem vomitus fuere pręſertim in muliere, quę habitabat in Mendacium foro, atque in Pario in Thaſo, qui perierunt. vt in illo, qui habitabat in Dealcis hortò quadrageſima die, & difficilè iudicato.

Ex quibus ęruginoſę vomitiones, vt plurimum malę ſunt, atque in doloribus capitis cum ſurditate, & vigilijs

gilijs

gilijs inſaniam citò afferunt, cum Hipp. in prorrhit. *Hip. 1. prorrbit.* Meminit ſecundò Hipp. in ijſdem ſupradictis epid. libris, vomituum nigrorum: qui etiam in duodecimo ægroto 1. lib. epid. vel in muliere decumbente in Mendacium foro, interitum demonſtrarunt. Vnde in Coacis, & 4. etiam aphor. fortaſſe, ſi atra bilis in principio morbi, ſurſum, vel deorſum prodierit, lęthale eſt legitur. *Hip. 4. aph.*

Tertio in aliquibus alijs refert idem Hipp. vomitiones bilioſas, vel flauas, atque huiuſmodi aliquando bonæ, interdum verò malę acceſſerunt. prout videlicet, cum tolerantia, vel conferentia, & criticis in diebus celebratę fuere.

Sinceri etiam vomitus, alibi ex Hippocr. recordabantur. atque præſertim in prorrhit. vomitus meraci, anxioſi, mali ſunt, affirmabatur. *Hip. 1. prorrbit.*

Malæ inquam ſunt etiam vomitiones meracæ, vt meracæ: licet alia ex parte Nicolai filius, & Andrea ante pleiaden, meracis cum vomitibus ad ſanitatem deuenerint. Ita quod affirmari fortaſſe etiam valuerit; non adeò malas eſſe ſinceras vomitiones, atque ſeceſſus ſinceri ſunt ſuperioribus declarati. *Aegri, 5. & 7. lib. epid.*

Recenſentur quoque ab Hipp. vomitus fœtentes, ſic etenim in præſenti δυσώδεα interpretarer. Quibus cum vomitibus ex hac luce migrauit mulier quędam in Mendacium foro decumbens.

• Vomitus cum varietate mali ſunt, tum aliàs, tum ſi propius inter ſe prodeant, in prorrhit legitur.

Ex vomitu nauſeabundo oborta clangoroſa vox, oculi puluillum incumbentem habentes, inſaniam portendunt: ibidem. Atque in epid. Hermozigę vxori hunc vomitum accidiſſe, refertur.

In febre tractus velut à vomitu, in ſcreationem deſinentes mali ſunt, cum Hipp. in Coacis.

Que-

Hip. 7. aph. 5. Quemadmodum in aph. a vomitu ſingultus, & oculorum rubor, malum, etiam dicitur.

Et quoniam præter ſuperius recenſita, ſæpe ſępius cum eodem vomitu animalia etiam prodeunt; cuiuſmodi lumbrici ſunt præcupue. Sciendum eſt cum eodem Hippocr. ſuperius cum de ſeceſſu agebatur, huiuſmodi cum vomitu excerni malum eſſe, & circà principia febris præſertim, in fine autem non adeò malum. Vnde Theandri vxor 4. lib. epid. circa vigeſimum diem lumbricos euomit, ac ſanitati nihilominus perfectè reducitur.

Et quæ, ex quibus, in quos ſucceſſiones morborum.

CONſiderandum eſt ad bene pręſagiendum, inquit Valleſius in hoc textu Hippocr. quæ affectiones, ex quibus affectionibus fiant. in quæ, hoc eſt in mortem, vel vtilitatem. Ita quod in febribus conſiderandum eſt ex iiſdem febribus, quæ affectiones fiant, vel ſuccedant. Quę autem ex febribus affectiones fiunt, vel iiſdem pariter ſuccedunt, ſanè plures ſunt: Hipp. autem pręcipuè infraſcripta hæc recenſuit: nimirum.

Morbum regium, mentis turbationem, mentis emotionem, delirium, inſaniam, obliuionem, ſoporem, ſurditatem, tinnitum, & aurium ſonitum, vertiginem, exſolutionem, ſuffocationem, conuulſionem, & reſolutionem, dolorem, pręcordiorum affectiones, iactationem, anxietatem, deſperationem, moleſtiam, conturbationem, fractionem, laſſitudinem, iram, triſtitiam, mentem melancolicam, timorem, palpitationem, tremorem, papulas, vlcera, cutis colores, & alios affectus, linguę affectus, oculorum affectus, & cętera huiuſmodi. Circà hęc omnia animaduertendum eſt à Medicis, ad hoc vt pręſagia rectè fiant in febribus.

Pro-

Prognoſtica ex morbo regio.

CIrcà ea quæ ex febribus fiunt, vel iiſdem febribus ſuccedunt, primò loco morbus regius enumerabatur. De quo Hippocrat. in aphor. & alibi ſic ait. Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum. Malum, inquam, quandoquidem Hermocrati 3. epid. qui habitabat ad nouum murum, ſexta die ićteritia ſucceſſit, & vigeſimaſeptima etiam mors. *Hip.4.aph.62 & in coacis.*

Dicebat autem malum hic Hippocrat. ićteritiam in febribus ante ſeptimam euenire. quia cum eadem, licet de rarò, ſanantur quoque ægrotantes. Vnde idem Hippocr. 1.epid. conſtit. 2. Quibuſdam refert morbus regius ſexta die accidit; verum his purgatio per veſicam, aut aluus turbata profuit, aut larga ſanguinis eruptio. Velut Heraclides, qui decumbebat apud Ariſtocydem, vigeſima die etiam iudicatus, cum ſanguinis eruptionem habuerit. E contra verò Phanagoræ ſeruus, cum nihil tale habuerit, expleuit dies ſuos. Ita quod malus erit morbus Regius ſexta die, ſi videlicet purgatio per veſicam non ſuccedat, aut aluus turbata, vel larga ſanguinis eruptio.

Phyliſtidæ Heraclidæ vxori 7. lib. epidim. tertia die color ad morbi regij modum permutatur, & ſanus fit. An quia ad morbi regij modum, inquit Hippocr. non eſſet propriè morbus regius, atque propterea etiam iudicata refertur?

Quibus in febribus docebat idem Hipp. in aphor. & alibi. Morbus regius ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel decimoquarto ſuperuenerit, bonum: niſi dextrum hypocondrium obduruerit. ſi verò non, non bonum. Ratio eſt ex Galen. ſententia, ſi rećtè memini, quoniam obdu- *Hip. 4 aph.64 lib. de iudic. et in coacis.* *Gal in comm.*

obdurato dextro hypocondrio, inditium eſt ićteritiam exoriri ab alio morbo, vt putà inflammatione iecoris, ideoque non bonum. Si verò nulla adſit in epathe durities, argumentum erit eandem ićteritiam primordia ſua a tranſmiſſione humoris bilioſi educere, ab interioribus ad exteriora. atque ita cum ſimilis motus, criſis quædam ſit, vel iudicationis ſpecies, bonus etiam erit morbus regius in ſupradićtis relatis diebus.

Prognoſtica a mentis turbatione, emotione, delyrio, & inſania.

SEcundo loco enumerabantur mentis turbatio, mentis emotio, delirium, & inſania. Et ſanè mentis turbationem adnotauit Hippocr. in adoleſcente, qui habitabat in Mendacium foro, & in Virgine in Abderis, quandò τά τῆς γνώμης ταραχώδεα. atq; ex his primus ab hac luce migrauit. Secunda verò cum recidiuis iudicata refertur. Ergò turbatio mentis in febribus mala eſt.

Turbationem præterea mentis eſſe dicerem quotieſcumque æger extra mentem non adhuc totaliter exiſtit. benè vtputa ratiocinatur, verum turbulenter. Cum nempè æger vt conſuetus erat, verba nequaquam accipit, non promptè, at difficilè valeat declarare quidquid vult, vel ſimilia; tunc ſanè æger mente turbatus eſt.

Ariſt. lib. de ſomn. & vigilia.

Mentis emotio obſeruatur ab Hippocr. in pluribus ægris; videlicet in Cherione apud Demenetum, in muliere apud Pantimedem, in Muliere decumbente in foro Mendacium, in Pario in Thaſo, in Muliere in Thaſo, in Caluo in Laryſſa, in Heropytho in Abderis, in Nicodemo item in Abderis, in virgine Laryſſea, ac tandem in adoleſcente ex Meliboea, qui ſenſim mente

motus

motus eſt, παρέκρουσεν ἀτρέμας græcè, multum deinde deliravit, atq; vigeſima inſanijt, vt Hipp. recenſet.

Ergo mentis emotio à delirio vtiq; differt: necnon etiam inſania, & mentis turbatione; quinimò huiuſmodi vltima, multò quoq; peiorem eſſe affirmarem: ſicuti & ſuperius recenſiti, cum interitu maior pars teſtatum fecere.

πολλὰ παρέκρουσεν, hoc eſt multum delirauit, altero loco de Adoleſcente in Meliboea ſuperius ab Hippocrate recenſebatur, quemadmodum & vigeſima idem ἐξεμάνη, videlicet inſanijt, Latinus interpretatur.

Delirium verò, atque inſaniã in hoc etiam à mentis emotione differre affirmarem, quod nimirum mentis emotio nihil eſt aliud, quam aliquando, in nonnullis, vel agendo, aut loquendo præter rationem errare: cum hoc tamen, quod ſi de ijſdem aduertatur, ab eodem cognoſci error etiam valeat: neque in falſa imaginatione continuò, verum tranſeunter ſolum, & modicum per tempus mens emotus exiſtat. quod nequaquam in delirio accidit, in quo falſa imaginantes ægri, adeò perſiſtunt in ſua imaginatione, vt aliter perſuaderi nec etiam valeant; quinimò per temporis ſpatia delirantes ex falſis allucinantur phantaſmatibus.

Differt autem hoc delirium ab inſania; quoniam deliratio circa vnum eſſe poteſt, vel plura, in reliquis per benè ratiocinantur ęgri. Inſaniam verò in omnibus, vel pluribus cum aliqui mente oberrant, ipſe dici etiam affirmarem. atque huiuſcemodi, cum febre, tandem à phrenitide non differre. vnde eodem de adoleſcente, vigeſimaquarta, inquit ibidem Hippocrates, mortuus eſt phreniticus. Dicebam verò cum febre ſuperius, quandoquidem & ſine febre etiam inſania eſſe valet, atque tunc propriè mania, vel furor appellatur, vt cum febre phrenitis.

Quemadmodum verò in eadem hiſtoria eiuſdem adoleſcentis poſt mentis emotionem, delirium adnotatur, deinde verò inſania, vel phrenitis: ita pariter delirium mentis emotione quoque peius affirmarem, ſicuti, & phernitidem longè peſſimam. Ratio eſt autem, ſententia mea, quoniam inſtrumenta animæ intellectrici inſeruientia, magis alterata ſunt in inſania, quam in delyrio, mentis emotione, & turbatione. Siquidem intellectus operationes ita ex Ariſtotele deſcribuntur. Primò, videlicet, ſenſus extrinſeci ſunt, qui ſpecies ſenſibilium extrinſecus aduenientes recipiunt. Has eaſdem ſpecies ad communem ſenſum tranſmittunt. mox imaginationi eædem proponuntur. ab imaginatione tandem intellectui repræſentantur, vel parti animæ ratiocinantis. intellectus agens eaſdem illuſtrat, vtque veras, vel falſas, ſiue bonas, vel malas, ſua prima operatione dignoſcit; ſiq; bonas, cognouerit, voluntas excitatur, vel appetitus intellectiuus proſequutionis, qui poſtmodum imperans facultati animali ſibi ſubiectæ, operationes ad illius libitum exercentur, & ita progrediuntur intellectus operationes. His autem ſic ſe habentibus; accedamus nunc ad mentis affectus ſupradictos. Recipit exempli gratia ſenſus oculi alicuius febricitantis, Franciſci ſpeciem. Quia autem oculus febricitat, feruent in eodem ſpiritus, & omnes humores turbati ſunt: ideoque turbulenter Franciſci ſpecies recipitur: quidquid enim recipitur, per modum recipientis recipitur, ſententia eſt.

Ariſtot. in lib. de anima, & alibi.

Exemplum pro hac re in Ariſtot. legitur de aqua turbida: ſi quis, inquiens, turbidæ aquæ ſe exponat, ſanè ipſiuſmet ſpecies niſi turbida in aqua non recipitur: ita pariter febricitantis oculo turbato quandocumq; Frãciſcus exponatur, turbidus reſpicietur Fran-

ciſcus

ciſcus idem. Eadem Franciſci turbida ſpecies mox imaginationi febrientis ſi proponatur, quoniam eadem ratione ſpecies imaginantur, qua imaginatio a ſenſibus recipit, etiam turbida imaginabitur. Deferatur amplius intellectui, vel ratiocinatrici parti, ratiocinabitur etiam vt turbida: namque ſpecies eo modo ab intellectu exarantur, quo ab imaginatione recipit. Si ergò turbidæ ſpecies eidem proponantur, vt etiam turbidas circa eaſdem ratiocinabitur, & ſic denique mentis turbatio fit.

Mentis emotio eadem ferè accidit ratione, non ſolum inquam turbida, ſed falſa penitus imaginationi opponatur Franciſci ſpecies, falſa etiam imaginatio fiet. Exempli gratia. Corpus album reſpiciatur cum ſpecillis viridibus, inæqualibus, vel huiuſmodi. Sanè in ſenſu oculi idem corpus non vt album, ſed vt viride, vt inæquale, vel aliter reſpicietur: quoniam ex albo ad ad viride à medio viridi permutatur; eodemque modo imaginabitur, intelligetur, vel ratiocinatio circa idem fiet. ita igitur in febricitantibus accidit: quandocumq; ſpecies quæ videntur, & ad pupillam trāſmittuntur, mox ad imaginantis partem, & denique ratiocinatricem petunt facultatem: ſi, inquam, huiuſcemodi ſpecies à medijs, vel ipſa parte recipiente potius tranſmutentur (nempè quia ſpiritus, & humores dictarum partium nigriores ſunt) nigriores etiam fiēt ſpecies. Si, i nquam, ità accidat, profectò mentis emotio fiet; adeò, videlicet, ex vero animus concitabitur, vt aliter ſpecies intelligat, quam ſunt.

Delirium inſuper eadem ratione fiet. in hoc tamen differet à mentis emotione: quoniam quiſquis delirans etiam mente motus ſit; non autem è contra mente motus delirans. Declaro: Si permutantia ſpecies

intelligibiles, vt iamiam declarabamus, per accidens; aut per conſenſum, & tranſennam, vt dicitur, in partibus adſint: per accidens, & per modicum temporis mens errabit. Cuiuſmodi in febrium acceſſione ſæpè ſępius accidit, in qua ob humorum agitationem, in parte imaginante, vel intelligente, interdum ægri nec benè imaginantur, neque probè intelligunt. Poſtmodum declinante paroxiſmo, & humoribus quieſcentibus è contrà, & bona fit imaginatio, & optima ratiocinatio.

Hic inquam mentis error per modicum temporis, mentis emotio appellabitur.

Quod ſi è contra haud per accidens, ſed per eſſentiam, adſint in partibus imaginatiuæ & intellectiuæ, atque diu etiam immorentur ſpecies permutantia ſupradictas, per eſſentiam quoque eueniet mentis error, diuq. perſiſtet, necnon etiam delirium vocabitur.

Poſtremò ſi non diù, at ſemper, & aſſiduò, humores corrupti adſint, ſpirituſque labefactati, vel aliæ ſpecies intentionales permutantia, etiam ſemper erit mentis error, vel delirium continuum, quod ratione continuitatis inſania appellatur.

Differt autem inſania a delirio, & mentis emotione, quoniam ſcilicet delirium reſpectu mentis emotionis magis duret, reſpectu verò inſaniæ minus: namque delirantes interdum non delirantes ſunt, neque continuò vt in inſania. Vnico inquam verbo, mentis emotio, delirium, & inſania, non differunt niſi ſecundum magis, & minus. nimirum affectio maior inſania eſt, deinde delirium, tertiò mentis emotio, quarto, & vltimo mentis turbatio omnium minimè afficit. Ideoq; ſecundum magis, & minus, magis, minuſque portendunt, demonſtrant, indicant, vel minantur potius ſupradictæ mentis affectiones.

Clar-

Claruerunt huiuſcemodi in iiſdem epid. libris: vbi ex illis qui delirarunt plurimi obierunt, reliqui verò ad iudicationem difficilè, vel cum longitudine peruenere. vt ex inſanientibus ibidem recenſitis, omnes mortui perleguntur.

In vniuerſum verò de delirijs, quæ cum riſu fiunt non adeò mala ſunt, atq; cum ſtudio, vel melancholico modo quæ fiant, Hippocrat. in aph. & alibi affirmabat. *Hip. 6. aph 53 & 1. prorrhit.*

Veluti in iiſdem prorrhit. delirare circa neceſſaria, & cum debilitate, peſſimum eſt.

Atque in Coacis, Deliria cum ſopore conuulſoria ſunt.

Quare autem mentis turbatio, eiuſdemque emotio, delirium, atque inſania in febribus mala ſint, vt alibi dicebamus: Ratio eſt, ſententia mea, quoniam partes quæ afficiuntur nobiliores ſunt: nempè animi ſedes, vel domicilium.

Ad prædictas denique, & vſque adhuc recenſitas mentis affectiones, tanquam ipſarum prognoſtica ſigna, ea omnia reducerem, quæ Hippocr. de manuum geſticulatione affirmabat, quando in acutis etiam febribus, ſi quis manus faciei admouerit, vt inde quidpiam ſuperuacuè venetur, aut feſtucas carpat, aut à veſte floccos, aut à pariete paleas auellat, omnes hæ malæ, læthaleſque ſunt. *Hip. 1. progn. 26.*

Dealcis vxor ab eodem Hippocr. refertur, quæ ex mœrore febricitans, manibus palpabat, vellebat, ſcalpebat, pilos legebat, & vigeſima die obijt.

Theodori etiam vxor manum plerumque ad parietem, aut ſtragula habebat, floccos carpebat, & pariter interijt.

Ex obliuione.

IN febribus accidere ſolent ſæpe ſæpius obliuiones, atque hæ malæ ſunt vt plurimum. Vnde Apollonius in Abderis cum obliuione perijt, in Hipp. legitur, Obliuio, inquam, in febribus mala eſt; præſertim verò ſi cum rigore accedat, vel circa earundem febrium exacerbationes, cum eodem Hipp. in Prorrhit. & alibi.

Hip. 1. prorrh. et 3. epid. ſect. 3. in conſtitut. feb. ardentiũ.

Ex *ſopore*.

SAnè cum ſopore, quamquam & vix etiam iudicati referantur Melidia iuxtà Iunonis templum, ille qui in dealcis horto decũbebat, mulier in Thaſo prope ædes Pyladæ, necnon etiam Leophorbida 7. epid. Cum eodem nihilominus obierunt diem ſuum omnes alij. Cuiuſmodi Epicratis vel Dromeadæ vxores, Mulier in littore decumbens, Hermocrates, mulier apud Pantimedem, altera mulier in Mendacium foro, Parius in Thaſo, mulier in Thaſo, Pythion, Menon, Olimpiadæ vxor. atque tandem 3. epid. ſect. 3. in conſtit. febrium ardentium, ſopores mali fuere.

Hip. in coac. Ideoque Hipp. in Coacis, ſopor vbiq; malus affirmabat: præſertim verò in febribus ex præcordiorum dolore.

Hip. 1. prorrh. Vt in prorrhit. quibus ſopor fit, ſpumoſis prodeuntibus, his febris exacerbatur.

Sopores itaque in febribus mali ſunt: & ratio eſt ſententia mea, quia ſopor arguit primas partes ſentientes affici. adeò quidem grauari ex cauſa morbifica ſignum eſt, vt nihil ferè magis dici poſſit. & quoniam primæ ſentientes partes nobiliſſimę ſunt in corporibus noſtris.

Ideò

Ideò periculum valde etiam oſtendunt ſopores.

Ex ſurditate.

QVamquam ſurditas haud læthalis interdum legatur in epid. ægrotis, veluti in Herophonte, Epicratis in vxore, in Clazomenio, in virgine Laryſſæa, atque in Heropytho in Abderis. nihilominus ab eodem Hippocr. aliàs maiori ex parte mala cenſetur. Vnde in prorrhit. Coacíſque, Surditas in acutis, ac turbulentis conſequens, mala. mala etiam in longis, ſi tamen adiungitur alibi, Febris nequaquam ſoluatur: in quo caſu etiam inſanire neceſſe eſt. *Hip. 1. prorrb. & coac.* *Hip lib. de iudicat.*

Sed quare mala ſurditas ſi febris non ſoluatur? Quoniam, reſponderem, ſurditas in febribus ſuperueniens eſt abſceſſus aliquando, & iudicatio quædam: nempe tranſmiſſio cauſæ morbificæ ab intrinſecis capitis vaſis, ad ipſam aurem, ad ipſum auditus organum. Qui inquam abſceſſus ad ignobiliorem partem, ſiue iudicatio, quandocumque rectè fiat bonum eſt: ſin minus è contra malum, iuxta alia alibi decantata; iudicatorium vt puta non iudicans, aut mortem ſignificat, vel morbi difficilem iudicationem. Et ideò Clazomenius etiam ſupradictus cum ſurditate longo tempore ſanatus fortaſſe refertur. Heropythus centeſima & vigeſima die: ſicut virgo in Abderis cum recidiuis tandem ad valetudinem peruenit. Hermocraten verò qui habitabat ad nouum murum, Phyliſtes in Thaſo, mulier in Cyzico, virgo alia in Laryſſa, & alij ſimiles, cum ſurditate ex hac luce maximè diſceſſerunt.

Sed vt aliquid etiam ex meis obſeruationibus liceat hic adducere: ſurditatem vidi magis in fœminis, quam in viris ſuperuenire. atque in illis minus etiam periculoſam, quam in his. quinimò amplius, qui cum ſurditate

tate febricitarunt, cum longitudine ſemper iudicati fuere, & caſu etiam capillorum in conualeſcentia accedente.

Ex tinnitu, aurium ſonitu, & vertigine.

Hip. 1. prorrh. TInnitus, & aurium ſonitus cum Hipp. in acutis læthales ſunt. afficitur enim caput, corporis partium nobilis, principaliſque.

Vertigo in ægritudinibus lib. epid. Hipp. nequaquam ex me obſeruata fuit. Sed in Coacis, febres vertiginoſæ, legitur, & cum voluulis, & ſine voluulis pernicioſæ ſunt.

Ex animi defectibus, & ſuffocationibus.

ANimi defectus ab auctoribus medicinæ, atque communiter, multipliciter appellantur. Cuiuſmodi λειποθυμία, λειποψυχία, ἔκλυσις, atq; συγκόπη. λειποθυμία nomen eſt compoſitum à verbo græco λείπω, quod Latinè ſonat liquo, ſeu deficio, & θυμὸς, Latinè animus: deliquium videlicet, vel defectio animi ſignificat. veluti λειποψυχία, ex verbo item λείπω, & ψυχὴ, quæ non animus, ſed anima Latinè dicitur. Ita quod lipothymiam defectionem animi, lipopſichiam verò defectionem animæ nonnulli intelligunt. & ſic aliquo etiam modo differre volunt huiuſcemodi duo nomina; quatenus animus ab anima etiam differre dicitur ab alijs. *S. Aug. de ſpiritu & animæ cap. 34.* Namque S. Auguſtinus de ſpiritu, & anima, Ex multiplici, inquit effectu, & diuerſis operationibus, anima varias habet appellationes. Siquidem cum corpus animat, vitaque imbuit, anima dicitur, dum vult animus; dum ſcientia ornata eſt, ac iudicandi puritiam exercet, mens; dum recolit, ac reminiſcitur memoria.

ria. dum ratiocinatur, ac ſingula diſcernit ratio, dum contemplationi inſiſtit ſpiritus; dum deniq; ſentiendi vim obtinet, ſenſus. Ex quibus lipopſichia, poterit ab aliquo fortaſſe dici, quatenus anima deficit in operationibus vitalibus. Lipothimia verò, in quantum non vt anima, vel vt vitalis tantummodo, ſed vt animus deficit, nempè virtus vitalis cum facultate etiam eligendi afficitur. Sed vt per benè Donatus ab Altomari in ſuis morbis aiebat, cum alijs etiam: Dicerem apud Medicos huiuſcemodi duo idem ſignificare, vt è contra nomine ἔκλυσις, minimè idem cum iam relatis intelligitur verbis, at aliquid aliud cum Hipp. in aph. A tuberculi introrſum ruptione, ἔκλυσις, inquit Hipp. & λειποψυχία fit, ἔκλυσις igitur differt à lipopſichia, & lipothimia. Interpretes huiuſmodi ἔκλυσιν exolutionem interpretati fuere; declinationem apud Græcos communiter idem nomen ſignificat: atque fortaſſe ita interpræsari nec etiam erit à ratione alienum. A tuberculi, igitur, introrſum eruptione, animi defectus affimari valuerit, vomitus & declinatio. Sed cuius declinatio? Vel tuberculi nempè, vel ægroti potius dicerem.

Donat. ab Altomari c. de ſyncope.

Hip. 7. aph. 8.

Aliud nomen συγκόπη erat, atque hanc maiorem quoque eſſe affectionem, quam lipothimia, & aliæ dictæ, in vniuerſum concti affirmant. Gal. præſertim 1. ad Galuc. à lipothimia, inquit, ſyncopes initium ducit, vt quæ ideò ſyncopem præcedat lipothimia, quoniam eadem mitior ſit affectus.

Sed de diſtinctione prædictorum nominũ quidquid ſit; Hipp. 3. epid. ſect. 3. in conſtitut. Febrium ardentium, circa exacerbationes exolutio mala, docebat. Mala, inquam, non verò læthalis: quoniam cum hac iudicatur Andræan ante Pleiaden 7. epidim. recenſitus.

Ex

Ex rigore cum capitis dolore exolutiones pernicioſę ſunt, in coacis legitur.

Cum lipothimijs autem, ſiue lipopſichijs in eodem 7. epid. Sanati recenſentur Cleocidis, atq; Theoclis cognata, mortuus tamen Chartades.

Ariſt. lib. de ſomn et vigil. De huiuſmodi verò hiſtorijs quidquid etiam ſit, quoniam animæ defectus cum Ariſtotele, nihil eſt aliud quam ſenſuum imbecillitas: ideò ſemper malum, in febribus præſertim, iudicandum fore ab hoc dicerem.

Quibuſcumque, amplius, in febribus deliquia animi abſque manifeſta occaſione acciderunt, ego ſemper ferè obſeruaui vel mortem, vel difficilem iudicationem, vel denique longitudinem ſuperueniſſe. Animum ſanè aduertant Medicinæ Profeſſores huiuſcemodi ſympthomati, & cum eodem ſemper dubitare mirum in modum proderit.

Quemadmodum pariter, & ſuffocationibus reſpiciant; quandò eædem in acutis, atque ægris attenuatis, pernicioſæ ſint, cum Hipp. in Coacis.

Si à febre habito tumore non exiſtente in faucibus, ſuffocatio repente ſuperueniat, & vix deuorare poſſit, *4. aph. 35.* læthale eſt, in aph. legitur. Ergo animi defectus atque ſuffocationes ad febrium præſagitionem etiam facient.

Ex conuulſionibus, & reſolutionibus.

ALtero loco inter illa, quæ febribus ſuperueniunt, conuulſiones dicebantur, vel reſolutiones. De conuulſionibus habemus primò documētum generale *Hip. 2. aph. 26* *Hip. lib. de iudic. et in coac.* in aph. quando febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quam febri conuulſionem: quidquid alibi in Hipp. legatur.

Ijſdem cum conuulſionibus perijſſe legitur, Phylini, atque Dromeadæ vxores, Philiſtidem in Thaſo, mulierem

lierem in Thaſo apud frigidam decumbentem, mulierem in Cyzico, Cydis filium, cui labia ſemper in motu erant, velut qui loqui vellet, & alios ſimiles. Mulier ſolummodò, quæ decumbebat in littore cum conuulſionibus difficilè iudicatur, & pluribus cum recidiuis: Et Mulier altera in Thaſo apud Pyladæ ædes, atq; Phyliſtides Heraclidę vxor. Malæ itaq; ſunt conuulſiones in febribus ſuperuenientes, atq; preſertim in acutis cum eodem Hippocr. in aph. *Hip.4.aph.66*

Particulariter verò magis loquendo. Si labrum, docebat idem Hipp. aut palpebra, aut naſus peruertatur, iam debili exiſtente ægro mors proxima eſt. *Hip.4.aph.49 et 1. prognoſt.*

Aures contractæ in iiſdem progn. atque Coacis, periculoſæ ſunt. *Hip. 1.progn. 4.*

Ex oculis, ſi alter altero minor fiat, quod eſt ſpecies conuulſionis, inditium eſt peſſimum. quemadmodum me obſeruaſſe ſemel tantummodo memini in quodam Guglielmo nobili Germano. Huic, inquam, nobili adoleſcentulo, apud Romanum Seminarium literarum cauſa degenti: acceſſit febris continua in modum duarum tertianarum; Circa decimāſeptimam diem ſiniſter oculus minor dextro factus fuit, & vigeſima perijt. *Hip. 1.progn. 4.tex.13.*

Cutis etiam circà frontem dura, & intenta, ſpecies conuulſionis eſt, atque cum eodem Hippocr. ibidem peſſimè demonſtrat. Eandem ſanè cutim obſeruaui in eodem Guglielmo præreceſito. Quinimò eidem cum caput magnum eſſet, circa interitum euaſit aliquo modo minus, & eiuſdem fortaſſe conuulſionis gratia. *Hipp. ibid. tex. 10.*

Nares acutæ, oculi concaui, vel tempora collapſa, ſunt pariter conuulſionis ſpecies; & mala ſigna ſunt in febribus, vt febribus. Dicebam verò vt febribus, quoniam huiuſmodi ex vigilijs naſci valent, ab inedia, & forti ventris reſolutione. Ex quibus ſi prædicta eueniant, *Hip. 1.progn 8.*

niant, vno die, nocteq; finiuntur. Si autem diutius perſeuerent. ſcire licet ægrum morti proximum eſſe, cum eodem Hipp.

Hip. 1. progn. tex. 11.

Hip. 3. epid.

Mulieri, quæ habitabat apud Pantimedem quarta die dexter oculus diſtortus fuit, ac perijt. Ergo conuulſiones qualeſcumq; fuerint in febribus periculoſæ ſunt. Species conuulſionis ſunt etiam, ſi oculi vix conuertantur, quemadmodum Theodori vxori erant 7. epid.

Oculi etiam demiſſi ad infernam palpebram magis incumbentes, rigidè, & ſtupidè intuentes in eadem erant, & propterea occidit.

Hipp. 1. prorrhit.

De reſolutionibus autem, ſic loquebatur Hipp. in prorrhit. Quibus exolutis huiuſmodi repente fiunt, ac diutinè inſuper febrierunt, pernicioſæ ſunt.

Ex doloribus.

Hip. 3. progn. 13. & 1. prorrhit.

CVm dolores plures attingant corporis partes, diuerſa etiam in febribus indicare ſolent. Atque à capite incipientibus nobis 3. progn. Hippocr. Capitis in febre, aſſerebat, vehementes, perpetuique dolores, accedente læthalium notarum aliqua, valde ſunt pernicioſi, ſi verò nullo tali ſigno apparente diem vigeſimum dolor exceſſerit, neque febris conquieſcat, ex naribus ſanguinis fluorem, aut in partibus inferioribus abſceſſum expectabimus. Similiter dolori etiam recenti ſanguinis profuſio ex naribus, aut ſuppuratio ſuperuenire ſolet: præcipuè ſi dolor, & tempora, & frontem infeſtauerit.

De eodem capitis dolore fecit mentionem Hipp. in pluribus epid. ægrotis, ex quibus nonnulli ſanati fuerunt, reliqui verò in perniciem incidere. Nunquam igitur boni ſunt capitis dolores, atque præſertim ſoporoſi, à quibus etiam conuulſiones indicantur.

Idem

Idem præterea Hipp. 3. progn. dicto, Auris dolor acutus, inquit, cum febre non intermittente, vehementique, graue periculum minatur: namque & mentem turbat, & hominem rapit. *Hip. in co.ac.* *Hipp. 3 progn. 15.*

Colli etiam dolor in prorrhit. malum quidem portendit in omni febre: peſſimus autem eſt his, quibus timor eſt vt inſaniant. De huiuſmodi autem colli doloribus fecit mentionem idem Hipp. in pluribus hiſtorijs epid. atque vt plurimum in ijſdem, mali etiam obſeruati fuere. *Hip. 1. prorrh.*

In febribus deinde oriuntur quibuſdam dolores cordis, cum quibus interierunt Philini vxor, mulier quę decumbebat in mendacium foro, atque Chartades 7. epid. æger. Quemadmodum difficilè iudicati referuntur, Nicodemus in Abderis, necnon etiam Epicratis vxor. Malum itaque portendunt etiam cordis dolores.

Malum quoq; & ventriculi, cum quo Chartades ſupradictus diem obijt ſuum.

Ventriculus autem, vtpote pluribus compoſitus, ita etiam & plures dolores perpeti valet: namque in fundo, in medio, & in ore ipſius dolores aggrediuntur. Huiuſcemodi oris ventriculi dolor ſecundum aliquos Cardimona paſſio vocatur, apud Græcos Cardiogmos. Hanc paſſionem Cardiogmon, inquit Cœlius Aurel. in lib. 2. acut. cap. 35. neceſſariò ſequitur dolor oris ventriculi, quem plurimi idiotæ cordis dolorem vocauere. Cardiogmos docet Gal. eſt morſus oris ventriculi, ſiue dolor; vocatur autem ita ex Hipp. quoniam penes Græcos os ventriculi cor appellabatur. aut dicamus dolorem hunc oris ventriculi propterea dici Cardiogmon, quoniam in hac affectione cor pati videatur. Hippocr. 4. de morbis, Cardiogmos, inquit, in folliculo fellis fit; in folliculo fellis, inquam, quoniam & ibidem bilis fit, ex qua ventriculi os mordicetur, dolorque

eiuſdem, vel Cardimona paſſio enaſcatur.

Hip. 1. prorrh. & coac.

Dolent quoque febricitantibus inguina, qui etiam dolores cum Hipp. in prorrhit. diuturnitatem portendunt.

Et in Coacis, ſedis dolor læthalis inquit eſt idem Hipp. in longis pernicioſis morbis.

Dolores omnium poſtremò recenſentur in epid. hiſtorijs, cum quibus perijt duodecimus æger 1. lib. epid. Atque Nicodemus difficilè iudicatur. Ergo vt de alijs affirmabamus, etiam huiuſcemodi mali ſunt dolores.

Ex affectibus præcordiorum.

PRæcordiorum affectiones, quarum meminit Hippocrat. præſertim diſtentio, & eleuatio ſunt, tumor, dolor, ardor, pulſatio, & ſimilia. Diſtentio, inquam, differt ab eleuatione: quandoquidem præcordia eleuata eſſe poſſunt, & non diſtenta: vt è contrà diſtenta, & nequaquam eleuata, atque tandem eleuata, & diſtenta ſimul.

Cum eleuatione ſolum occiſi referuntur in lib. epid. Clazomenius, Theodori vxor, Theodori filius, Menon, & Apollonius in Abderis. Sed hic morti occaſionem dedit ob inordinatum victum, vt in hiſtoria legitur. Ergo præcordiorum eleuatio in febribus, cum etiam non naturalis, nequaquam bona effari debet.

Præcordijs iiſdem cum diſtentis, & minimè eleuatis, eodem loco Hippocr. recenſuit obijſſe Silenum, Hermocratem, Phyliſtidem in Thaſo, adoleſcentem in mendacium foro decumbentem, & adoleſcentem ex Meliboea. iudicantur ſolummodò Herophon. & ille, qui in Dealcis horto erat. Vnde præcordiorum diſtentio mala eſt etiam, & periculum declarat.

Cum diſtentione præterea, necnon etiam eleuatio-

ne

ne ſimul, obijſſe legimus Eraſinum cui præcordia omui tempore ſublimia, ac diſtenta fuere: ſanatum verò nullum ſi rectè meminimus. Ita quod diſtentio & eleuatio ſimul præcordiorum etiam malæ erunt: quinimò ægrotis & maius quoque periculum portendent.

Tumores inſuper in ijſdem febricitantium præcordijs, interdum enaſci ſolent: de quibus Hipp. in lib. de iudicat. ſic loquebatur: In præcordijs tumores molles, & doloris exortes, atque ad contactum cedentes, diuturniores quidem iudicationes faciunt, quemadmodum in muliere accidit in littore decumbente, vel in Clazomenio 1.lib.epid.

Succedunt etiam febribus præcordiorum dolores, vel ardores, vt dicebamus. Atque de doloribus primum, in febribus edocebat Hippocr. ad præcordium dolores, ſine voce, ſi ſudore non ſoluantur, maligni ſunt. Et alibi: In acutis febribus conuulſiones, aut circa viſcera dolores fortes malum. Malum, inquam, cum & huiuſmodi Dromeadæ vxor, duodecimus æger item primi lib. epid. Apollonius in Abderis obierint. atque Scopus cum Leophorbida difficilè iudicati referantur. Ergò dolores præcordiorum in febribus mali etiam ſunt: atque fortaſſe peiores quam eleuatio, diſtentio, tumor vt tumor, & cætera huiuſmodi. *Hipp. 7. epi l.* *In Coac. & 4. aph. 66.* *Scopus 2. lib. epid.* *Leophorbida 7. lib. epid.*

De doloribus autem ſuperuenientibus hic intelligitur, non verò antecedentibus, qui aliàs, cum ſæpius allegato Hippocr. maligni ſunt, quando febres ex præcordiorum dolore malignæ ſunt, edocuerit. Quamquam Gal. in comm. perpetuò id verificari & in omnibus neget. *Hip. 7. aph. 52* *Hipp. in coac. & 1 prorrh.* *Galen. in 1. prorrh. com. 1. t 21.*

Quemadmodum de ardoribus, qui relinquuntur in præcordio ardores febre perfrigerata mali ſunt, tum aliàs, tum in ſudoribus. *Hip 1. prorrh.*

De pulſatione idem Hipp. in progn. Præcordiorum *Hip. 3. progn. 32.*

venæ inquit, ſi pulſent, turbationem, aut delirium portendunt. Sed eorum qui ſic affecti ſunt, oculos aſpicere oportet: quippe frequens illorum motus inſaniam comminatur.

Hip. 2. progn. 31. & ſeq. In totum verò de præcordijs, atq; inter optima ſigna ſunt, ibidem edocebat Hipp. Vbi ſine vllo ſenſu doloris in vtraque parte æqualiter mollia ſunt; inflammata verò, dolentia, & intenta, & vbi aliter in deſtra, aliter in ſiniſtra parte afficiuntur, ſuſpecta haberi debent.

Præcordia tumida, dura, dolentia, ſi in vniuerſum ſic affecta ſunt, maximum malum portendunt. Si verò altera parte dumtaxat, & ſiniſtra, minus periculū eſt.

Cæterum, ſubiungit ibidem Hippocrates, huiuſmodi tumores, in principio quidem proximam mortem denunciant: vbi verò viginti dies exceſſerint, neque quieſcente febre tumore remiſſo, ad ſuppurationem conuertuntur. Atque inter plurimos circuitus, ſanguis è naribus fluens, non mediocri ipſis præſidio eſt, ſed tum ſanguinis eruptio expectari debet, cum interrogati, aut caput dolet, aut oculos caligare fatentur. Id verò iunioribus, videlicet circa quintum & vigeſimum annum, plerumque euenire ſolet.

Ex iactatione, anxietate, deſperatione, moleſtia, conturbatione, fractione, laſſitudine, ira, triſtitia, mente melancolica, timore, palpitatione, tremore.

EX omnibus inquam his, etiam prognoſtica deſumuntur. Atque de iactatione primum agentibus nobis, hanc Hipp. conuulſionem ſignificare docuit. (Hip. in coac.) vnde Silenus, adoleſcens in mendacium foro, Caluus in Lariſſa, & alter adoleſcens ex Meliboea, cum iactatione mortui referuntur.

Mala,

Malà, inquam, eſt in febribus iactatio: præſertim verò ſi cum anxietate adiungatur, quando aliàs, Qui anxiè ſe iactantes circa vomitum exacerbantur, malè ſe habent. Hip.in prorrb.

Anxietas differt à iactatione, & ſi fortè fortuna cum eadem febricitent ægri, ſanè in periculo non leuiori verſantur. quemadmodum fuere adoleſcens in mendacium foro, mulier apud Pantimedem, altera mulier in mendacium foro decumbens, Pythio in Thaſo, Caluus in Laryſſa, virgo in Abderis, Nicodemus in Abderis, mulier in Cyzico, adoleſcens ex Meliboea. Cartades, atque tandem omnes illi, qui 3. epid. ſect. 3. recenſentur ægri. Ex quibus maior pars interiere, reliqui verò cum difficultate euaſerunt.

Deſperatio adnotatur ab Hipp. in hiſtoria Euryanactis filiæ, quam triſtitia, inquit, deſperata corripiebat, & perijt.

Moleſtia comitabatur eandem mulierem in mendacium foro, alteram in Thaſo apud frigidam decumbentem, Pythionem ibidem, cunctos ſanè ab hac luce migratos, præter Heropythum in Abderis, centeſima,& vigeſima die iudicatum. Ergò moleſtiæ in febribus, mala etiam ſigna ſunt.

Conturbatio Grecè ταραχὴ appellatur,atq; huiuſmodi in febribus mala eſt, cum eadem vitam expleuerit Apollonius in Abderis, & Caluus in Laryſſa.

Fractio verò,& laſſitudo nequaquam vnum & idem ſunt: cum laſſus, & minimè fractus aliquis eſſe valeat, & è contrà, fractus & non laſſus. Fractio, inquam, in febribus mala eſt etiam, quamquam cum eadem Andrean ante Pleiadém, difficile, & longo tempore iudicatus fuerit.

Laſſitudinem verò Hippocr. in Coacis damnauit, ideoque etiam ipſam in præſenti malam iudicabimus.

Ira, inſuper, adnotatur ex Hipp. in muliere in Thaſo decumbente, quæ perijt, quemadmodum & triſtitia, etiam in eadem erat; necnon etiam in virgine in Abderis difficile, & cum recidiuis iudicata.

Triſtitia, & mens melancolica inter ſe maximè differunt: cum aliquis triſtis eſſe valeat, non verò melancolicè delirus. Mulieri in Thaſo decumbenti apud frigidam, triſtitia erat, inquit Hipp. ira, moleſtię, mens melancolica, atq; vigeſima die perijt. Triſtitia igitur, cum etiam & mens melancolica in febribus mala ſigna ſunt.

Quemadmodum timor, cum quo Eraſinus, & altera mulier apud Pantimedem dies ſuos obierunt; necnon etiam in Thaſo mulier, difficile cum eadem iudicata refertur. Vnde ex Auicenna, cum timet ęger, time tu, circumfertur.

Auicen.

Palpitationes, vel per totum, vel in corde, vel in manibus ab Hipp. in epid. obſeruatas inuenio. Palpitantes, inquam, per totum, voce deſtituti moriuntur, inquit idem Hipp. in Prorrhit. atq; iiſdem cum palpitationibus Phylini vxor vigeſima die mortua legitur.

Palpitatio quid apud Ariſt. vide in li. de ſpiratione.

Cum palpitationibus in corde ex hac luce diſceſſit adoleſcens ex Meliboea. Et denique palpitationes in manibus diuturnæ febris indicia ſunt, vel alicuius iudicationis in deterius Hipp. alibi edocebat. Itaq; palpitationes quomodocumq; acceptæ in febribus mala portendunt.

Hip. lib. de iudicat.

Tremores deniq; ſuperius enumerati, ſeptima die fuerunt mulieri in littore decumbenti, & vix iudicatæ. Fuerunt quoq; Pythioni in Thaſo etiam vix, vel difficile ſanato. Ergo huiuſcemodi etiam tremores nequaquam bona ſigna ſunt in iiſdem febribus.

Ex

Ex papulis puſtulis, & vlceribus.

PApulæ paruæ, & non pro dignitate rationis excretionis morborum, & ſtatim rurſus euaneſcentes malæ ſunt: quemadmodum nonnullis in febribus expertæ fuerunt 1. epid. conſtit. 2. ab Hippocr. recenſitis, taleſq; fortaſſe in Sileno erant, qui perijt.

Papulæ octaua die cum ſudore ſubrubræ, Sileno apparuerunt, rotundæ, velutq; vari permanebant, neque abſcedebant. Sed vtrum vari, varioli noſtri temporis ab Hippocr. intelligerentur? Non abſcedebant prætera, ſubiungit Hipp. quatenus videlicet, abſcedant nec nè papulæ in febribus obſeruandum ſit à Medicis. Et ſanè longè meliores abſcedentes quoque iudicarem, non abſcedentibus; ſi tamen in criticis diebus, & bene à natura etiam mouerentur. *Vari apud Hipp.*

Anno M. DC. XXIII. Februarij menſe, adhuc perſeuerante praua quadam conſtitutione malignarum febrium; honeſta quædam mulier in febre experta fuit papulas nigras. mox in die critica ſuperuenientibus menſtruis papulæ eædem euaſerunt rubræ, breui quoque exin iudicata fuit. Ergo in papularum colore ſi mutationes fiant, etiam atque etiam obſeruandum eſt. nimirum ijſdem in meliorem colorem permutatis, bonum prædicendum eſt, vt è contra malum, malum pariter colorem adipiſcentibus.

Puſtulæ, dictitabat etiam Hipp. in continuis febribus pes totum erumpentes, læthales ſunt; ſi non purulentus abſceſſus fiat. maximè autem circà aurem his fieri aſſolet. *Hipp. in coac.*

De vlceribus habemus etiam Hipp. in progn. ſic loquentem. Vlcus ſiue ante, ſiue in ipſo morbo natum eſt, obſeruari debet: namque ſi moriturus eſt homo, *Hip. 1. progn. 25.*

aridum, & liuens, aut pallidum, & ſiccum ante mortem apparet.

Hipp. lib. de loc. in homine. Et alio in loco, Cum à morbo quopiam detento, debili iam exiſtenti, liuida vlcuſcula enata fuerint mortale eſt.

Ex colore, & aliis cutis affectibus.

TRes potiſſimum colores ex Hipp. in cute obſeruatos fuiſſe inuenio, liuidum, ſcilicet, rubeum, atq; pellucidum. Liuidus inquam color, adnotatur præſertim in Phyliſco, in Sileno, in Eraſino, in adoleſcente in mendacium foro decumbente, & in altera muliere apud Pantimedem: quibus omnibus extremitates liuidæ fuerunt, atq; omnes etiam perierunt.

Hip. in coacis. Vnde idem Hipp. alio loco, liuores, inquit, in febre fientes, breui mortem affore ſignificant.

Hip. 7. epid. Olimpiadæ vxori corpus mortiferum, & color prauus fuit, in epid. habetur. An verò prauus color idem ſit, atque liuidus? non eſt dubium ſanè, quod omnis liuidus color eſt etiam prauus, & in hac præcipuè Olimpiade vxore (cui corpus mortiferum) color prauus, vel liuidus, vel ſubliuidus fortaſſe erat. Sed leuis quæſtio abſit nunc.

Alter color affirmabatur rubeus: cumque Melidia iuxta Iunonis templum, virgo in Abderis, Theoclis cognata, Philiſtides Heraclidæ vxor, cum hoc rubore in facie ſanati referantur, excepta Olimpiadæ vxore; dicemus in hac parte rubores nequaquam eſſe malos, atque liuores. In facie, inquam, licet non boni rubei colores, nihilominus minus mali portendunt, niſi aliquid aliud huic rubori ſuperaddatur. Cuiuſmodi, 1. prorrhit. flammea facies cum ſudore mala eſt, inquit Hippocrat. & benè etiam colorata facies, valdeque tetrica,

tetrica, ac ſuperciliosa perniciem intentat.

Eſt etiam malignus rubeus color, in Coacis legitur; in illis nempè, qui ſoporoſos habent rigores.

Et ibidem, rubores in manibus, atque pedibus pernicioſi ſunt.

Febrientibus deniq; quibus rubores ſunt in facie, & dolor capitis fortis, & venarum pulſus, his ſanguinis fluxio plerumq; contingit.

Tertius color pellucidus recenſebatur, de quo ſententiam in iiſdem Coacis habemus; quando aures pellucidæ periculoſæ ſunt, Hipp. edocebat.

In totum verò de quocumq; colore, & vbi in toto corpore mutationes fiunt, ſi corpus calefiat, vel rurſus refrigeretur, vel color alius ab alio oriatur, longitudo morbi ſignificatur, in aph. ſcriptum reperitur. *Hip. 4. aph. 40*

Vltrà hos autem, quos hucuſq; recenſuimus colores; de aliis cutis affectibus, ſic loquitur Hipp. in epidim. *Hipp 6. epid. ſect. 6.* Quibus cutes circumtenduntur aridæ, ac duræ, ſine ſudore moriuntur: quibus laxæ ſunt, ac raræ, cum ſudore. non quidem intelligitur, quod taliter cutim habentes, prædictis modis interire neceſſariò debeant: verum, quod dato caſu intellexit Hipp. vt huiuſmodi obire debeant, talibus morituris, vel cum ſudore, vel ſine, interitus aduenire debeat.

In eadem cuti febricitantium, ariditas, & circumtenſio etiam obſeruandæ ſunt. Vnde Dealcis vxori in Lecio decumbenti, cutis aridæ circumtentio accidit, & perijt. veluti adoleſcenti ex Meliboea decima die cutis arida, & circumdiſtenta erat, atq; inſanus deinde occidit.

Plures alij affectus in cute fieri aſſolent, placuit verò mihi illos tantummodò recenſere, de quibus ab Hipp. montio facta fuit; reliqua in præſenti breuitatis cauſa omitto, & ad linguam accedo.

Ex lingua affectibus.

Lingua & ipſa etiam in febribus afficitur, quidquè futurum ſit ſæpè ſæpius oſtendit: pręcipuè verò in eadem ſitis, vel non ſitis accedit. Sitis, inquam, cuius meminit Hipp. in plurimis epid. ægrotis: ſi nimia fuerit, ſemper mala cenſenda eſt, cum verò non multa, nec etiam multum periculum demonſtrat.

Non ſitim intelligo, videlicet, quotieſcumq; aliquis cauſam ſitis habeat, vt puta magnam febrem, ſi hic non ſitiat malum eſt, indiciumq; peſſimum. Ideoq. Hipp. Sitis, inquit, præter rationem ſoluta in acutis morbis mala eſt. Mala eſt, ſcilicet, quia in organo guſtus facultas ſenſitiua iam videtur extincta; iamq; anima in illa parte deſinere eſſe incœpit. Hoc idem manifeſtiſſimè in Sileno patuit, qui tametſi acutè febricitaret, potum tamen haud ſuſcipiebat.

Hip. 1. prorr. & in coacis.

Euryanactis item filia, febricitabat, & ſine ſiti erat, recenſet Hippocrates, nihilque ad guſtandum admittebat.

Pythio maximè febricitabat, ac tamen non valde ſiticuloſus adnotatur ab Hippocrate. Obſerua quæſo Lector Hipp. diligentiam, ſitiebat Pythio, quoniam vero ſitis haud proportionaliter febri correſpondebat: propterea non valde ſiticuloſus, inquit, Pythion erat, quamquam valde à febre conflictatus.

Mulieres libri 7. epid.

Hermoptholemi, atque Euxeni vxores, omneſque tandem ardenter febricitantes 3. epid. conſtit. 3. minimè ſitiebant, & propterea cuncti etiam mortui recenſentur. quia vt aſſerebam non ſitire cum cauſa ſitis, indicium eſt emorientis facultatis, ideoq; mala non ſitis interdum, & valde peſſimum ſignum eſt.

Vltra

Vltrà ſitim verò, aut non ſitim, in lingua perpenduntur plura alia: cuiuſmodi combuſtio, vel ariditas, aſperitas, denſitas, inarticulatio, tremor, atque colores fuliginoſi, vel nigri, pallidi, albi, floridi, & ſimilia.

Combuſtio verò linguæ, vel ariditas, idem ſunt ferè, cum omne combuſtum etiam aridum ſit oporteat: atque huiuſcemodi duo in linguis febricitantium bona ſigna nequaquam enuncianda ſunt. Quanquam ex parte alia neque adeò læthalia, vt non ſitire: ſiquidem combuſtis cum linguis Epicratis vxor, Therſandri vxor, & Nicodemus in Abderis, iudicati referuntur; licet cum difficultate ſanè, vt ex earundem hiſtorijs apparet.

Cum linguis aridis, mulier apud Pantimedem, altera mulier in mendacium foro, Pythion in Thaſo, & ſimiles alij mortui referuntur.

Cum linguis vero aridis, mulier apud Pantimedem, altera mulier in mendacium foro, Pythion in Thaſo, & ſimiles alij mortui referuntur.

Exaſperatio, ariditas, atque conbuſtio coincidunt nonnumquam, vtque plurimum ſimul reperiuntur. tametſi per ſe, exaſperatio vt exaſperatio ex duobus relatis vrique diſtinguatur. Namque Therſandri vxori, lingua combuſta erat (verba Hippocratis propria) & exaſperabatur velut grandine multa. Ergo aſperitas & combuſtio, ſiue ariditas, inter ſe maximè differunt. *Hip. 4. epid.*

Aſperæ, inquam, linguæ ſunt, in quibus excreſcentia aliqua præter naturam accidat, & ob nimiam ſpiritus caliditatem, qui reſpirando tranſmittitur. quæ etiam caliditas maximam febrem in interioribus exiſtentem demonſtrat. Quoniam verò linguæ aſperitas id oſtendit, ideò nec etiam bona in febribus affirmanda eſt. Cum præterea Olympiadæ vxor, & Nicolai con- *Mulieres 7. lib. epidim.* *Mulier. 4. lib. epid.*

cubina,

Digitized by Google

cubina, eadem exiſtente linguæ aſperitate, ex vita iam diſceſſerint. Atque Therſandri vxori circa vigeſimum diem iudicatio nequaquam perfecta acceſſerit.

Hip. 1. prorr-hit. Linguæ amplius aſperæ, & reſiccatæ cum eodem Hipp. aliàs, phreniticæ ſunt.

Denſitas, & inarticulatio recordantur quoque in iiſdem epid. libris, atque cum illa interijt Nicolai concubina: difficile autem cum hac ſanatur Andrean ante Pleiadem.

Hip. 1. prorr-hit. Linguæ tremulæ ſignum ſunt mentis non firmæ per eundem Hippocr.

Quemadmodum fuliginoſi, vel nigri colores in iiſdẽ febribus mali etiam dicuntur. quando cum talibus linguæ coloribus vitam cum morte commutauerit Hermo ptholemi vxor. & neſcio qua ratione cum eadem lingua fuliginoſa febricitans virgo in Laryſſa iudicata fuerit. caſus enimuerò fuit de raró contingentibus. *Mulier 7. lib. epid.*

Pallidi, atque albidi colores ſuperioribus conſequenter in lingua enumerabantur. Atqui cum eadem lingua alba ex vita diſceſſit Olympiadæ vxor. *Aegrota 7. lib. epid.*

Lingua etiam cum pallore albicans fuit obſeruata in Cydis filio, qui interijt, & in Andrea ante Pleiaden difficilè admodum ſanato. *Aeger 7. lib. epid.*

Ergo pallor, & albedo cum pallore mala prorſus ſigna ſunt, ſi in linguis febricitantium apparuerint.

Poſtremò lingua florida ſuperius quoq; enunciabatur, de qua, cum talis ſit planè color ipſius linguæ naturalis, non poſſumus niſi per quam bonam declarare. Vnde Scopus lib. 2. epidim. æger, etiam atque etiam benè iudicatus, cum lingua florida ab Hippocrat. recenſetur.

Ex

Ex affectibus oculorum.

POſt linguæ affectus ſequuntur denique accidentia oculorum. de quibus tametſi ſuperioribus, atque obiter, nonnullos ſermones habuerimus, nihilominus quæ in Hipp. reliqua ſcripta inueniuntur, hæc ſunt.

Si oculi lumen refugiunt, aut quæ in ipſis alba eſſe debent, rubeſcunt; aut lippitudo innatans tandem angulis inhæret, vel frequens eſt oculorum motus, iique aut nimis ſubſederunt, vel tumidiores facti ſunt; fueritq; aſpectus horridus, obſcuruſque, atque totius faciei color mutatus. hæc omnia ſigna mala, pernicioſaq; putanda ſunt. *Hip. 1. progn. 13.*

Vnde Hermoptholemi vxori in oculo dextro ſubcruentum quid erat, & naturæ conceſſit. *Hermoptholemi vxor, 7. li. epid.*

Cydis filio oculorum frequens motus erat, & ab hac luce migrauit. *Aeger, 7. lib. epid.*

Theodori vxori delaſſati erant oculi, difficulter ſuſpiciebat, & circumferebat eos. Eidem deinde oculi demiſſi ad infernam palpebram magis incumbentes, rigidè, ac ſtupidè intuentes, & ſic etiam diem obiit. *Aeger, 7. lib. epid.*

Oculorum per ſomnum ſuſpectiones (in prognoſticis etiam legitur) obſeruandæ ſunt. Vbi enim palpebræ non connectuntur, ſed inter has ex albo oculorum aliquid apparet, neque iam fluens aluus, aut medicamenti potio præceſſit, præſertim ſi quis non ſic dormire conſueuerit, prauum hoc ſignum, læthaleq; admodum eſt. *Hip. 1. progn. 14.*

In prorrhit. oculus hebes malus affirmatur, & fixus, & caliginoſus. *Hip. 1. prorrh.*

Si non videat æger, iam debilis exiſtens malum, & mors proxima eſt, ex eodem Hipp. *Hip. 1. aph. 49*

Ocu-

Oculus inareſcens malus eſt etiam, velut ſpuma, & obſcuratio oculorum, atque ſqualiditas mala ſunt. Et qui intrinſecus corrugantur, & rigentes, & qui vix conuertuntur, & qui intus conuerſi ſunt, & quæcumque alia omittuntur. cum Hip. in epid.

Hipp. 6. epid. ſect. 1.

In lib. de iudicationibus, oculorum partes, legitur, in principio morbi denigrari neceſſe eſt, ſi inualuerit morbus. Si igitur eædem puræ fiant, perfectam ſanitatem demonſtrant.

Et deniq; quorum oculi robuſti non ſunt, his mors breui imminet, Hipp. alibi edocebat.

Hipp. 2. epid. ſect. 6.

Ex abſceſſibus.

OMiſſis affectibus, qui in febribus, vel ex febribus ſuccedere ſolent, ex abſceſſibus etiam prognoſtica traduntur ſuperioribus ab Hipp. docebatur. Atq; abſceſſus, loquebatur Gal. vna quædam ſub morborum genere ſpecies eſt, ἀπόστασις, vel ἀπόστημα græcè dicitur: quam dictionem Plin. ſuppurationem interpretatur. Ita quod iuxta hæc Galen. quod vnus tantum affectus abſceſſus nomine ſit appellandus, videtur.

Hip. 1. epid. Gal. in li. Hip. de med. officina Comm. 3. in proem.

Galen. 6. epid. ſect. 3 t. 39.

In alterò loco, idem Galen. Sæpè, inquit, inuenimus Hippocratem non modò vocare apoſtaſes, ideſt abſceſſus, quę in aliquam corporis partem deponuntur. quinimò ſuper primum etiam epidim. non tantum (aſſerebat idē Gal.) Hip. abſceſſus quoſdā per effluxionem appellauit, verum etiam & cum alius tranſijt morbus in alium. Ideoque ibidem, quartanæ verò (legitur) multis ab initio ordine quartanæ incœperunt, quibuſdam nec in paucis, ex alijs febribus, & multis abſceſſus in quartanas fiebant. tex. autem 34. 35. & ſequentibus nonnullis: His ſuccedebant abſceſſus, etiam legitur, aut minores. quam vt prodeſſent quicquam. & abſceſſus

Galen. 1. epid. commen. 2. t. 20.

Hip. 1. epid.

hi erant diſſenteriæ, teneſmi, lienteriç, & fluxiones alui. Quemadmodum tex. 40. ſolum verò bonum, affirmabatur, maximumque inter ſigna; quæ fiebant, quodque multos à maximis periculis vindicauit, hoc fuit, quibus ad Stranguriam diuerterent, & in hoc abſceſſus fierent. Atque tandem 2. epid. ſect. prima, abſceſſus fiunt, aut per venas, aut per oſſa, aut per neruos, aut cutem, vel alias motiones.

Ex quibus omnibus abſceſſus ad duplex caput reducuntur: vel per decubitum, nempè, fiunt abſceſſus, vel per effluxum. Abſceſſus autem per decubitum, tumores, exempli cauſa ſunt, dolores, & huiuſcemodi alia in partibus decumbentia.

Atque tumores ſi concoquantur celeritatem iudicationis, & valetudinis ſecuritatem oſtendunt.

Crudi verò, & inconcocti, atque in malos abſceſſus conuerſi, aut iudicationis ſublationem, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem recidiuas demonſtrant, cum Hipp. ſupradicto. *Hipp. 1. epid. conſtit. 2.*

Iidem verò tumores in febribus enaſcuntur ſæpe ſæpius iuxta aures, et ſi minimè ſoluantur, aut nullam de ſe ſignificationem præbeant, mali ſunt cum eodem Hipp. ibidem.

Et alijs in locis, Abſceſſus, legitur, circa aurem, quibus quidem circa iudicationem fientes non ſuppurantur, his ſubmotis recidiua fit, iuxta recidiuarum rationem ſimilis circuitui; vt puta Nicolai concubinæ euenit; & in his ſpes eſt ad articulos abſceſſum fieri, aut vrina craſſa, qualis eſt alba in quartanis delaſſatorijs, liberat ab abſceſſu. *Hipp. lib. de iudic. & 6. epid. ſect. 4.*

Inſuper, doloroſi aurium abſceſſus citrà iudicationem diſſipati mali ſunt, cum Hippocr. Quemadmodum tumores iuxta aurem in morbis longis praui quoque ſunt. *Hip. 1 prorrh. & in Coacis.*

Abſceſſus

Abſceſſus dolores fuiſſe leguntur ei, qui in Dealcis horto decumbebat, cui quarta die femoris dolor è directo, & quadrageſima iudicatur.

Heropitho in Abderis circa ſexageſimum coxæ dolor fortis fuit, centeſima exin, & vigeſima die iudicatur.

Abſceſſus, inquam, qui iudicatio quædam eſt, ſi in criticis diebus occurrat bonus, ſin verò è contrà malus erit. veluti de omnibus etiam alijs euacuationibus affirmandum eſt.

Hip. 4. aph. 51 In vniuerſum verò de ijſdem abſceſſibus, quæ apud Hipp. ſcripta reperiuntur, huiuſmodi ſunt. Abſceſſus, nimirum, qui ad primas iudicationes non ſoluunt, longitudinem morbi ſignificant, iuxta illam regulam ſæpe ſæpius decantatam, Iudicatorium non iudicans; vel mortem ſignificat, vel morbi difficilem iudicationem.

Hipp. 2. epid. ſect. 1. Abſceſſus etiam, qui infra morbum fiunt, boni ſunt: optimi vero potiſſimum ſunt inferni, & longiſſimè infra ventrem, & remotiſſimi à morbo, & qui per effluxionem fiunt, velut ſanguis è naſo, pus ex aure, ſputum, vrina, quæ per effluxionem fiunt.

Hipp. in coac. In febribus longis, aut tubercula, aut dolores in articulis fiunt &, ſi facti fuerint, non ſunt inutiles.

Hip. ibidem. Quique diutius ſecurè ex febre continua laborant, citrà dolorem, aut inflammationem, aut aliam cauſam, his abſceſſus expectandus eſt cum dolore, ac tumore, & magis in infernis partibus. Expectare verò oportet abſceſſus his magis, qui trigeſimum annum egreſſi ſunt, & tunc expectare abſceſſus oportet, vbi viginti dies febris tranſmiſerit. Senioribus autem minus fiunt, & vbi multo tempore febres durant.

Abſceſſus denique, nec maiores, nec minores eſſe debent: quandoquidem, ſi maiores ſint, natura ip-

ſos

ſos ſufferre, vel concoquere haud valuerit: quemadmodum Temenei Neptæ ab Hippocr. recenſitæ accidit: cui ex morbo forti ad digitum abſceſſus decubuit, atq; eundem ad ſuſcipiendum cum non ſufficeret morbum, recurrit, & mortua eſt. Et hæc de abſceſſibus dicta nunc ſufficiant. *Hip. 1. epid.*

Ex ſudoribus.

SVdores omnibus morbis communes ſunt, cum Hipp. boni autem celebrantur, ſi tertia die incœperint, 5. 7. 9. 11. 14. 17. 21. 27. 31. 34. Hi enim ſudores iudicant morbos; qui verò non ita fiunt, laborem ſignificant, aut morbi longitudinem, vel recidiuam. *Hipp. in acut. & 4. aph. 36.*

In hoc autem aphor. animaduertendum eſt primò, Hippocratem dicere ſi incœperint. incipere ſanè ad alios dies relationem dicit; ita quod ijdem ſudores ſupradictis in diebus enaſcentes, boni ſint cum eodem Hipp. quotieſcumque per alios dies etiam ſequantur. nimirum non illis de ſudoribus hic intelligit, qui vnica tantum vice reſpiciuntur, neque ſequuntur etiam: Siquidem hi ſudores interdum non boni. cuiuſmodi Pario in Thaſo adfuerunt. vndecima nempè die ſudauit modò, & perijt Parius. Chartades ſemel ſudauit, ac tertia die deceſſit. Hermoptholemus nona, Theodori vxor in quinta; & omnes nihilominus naturę conceſſerunt, quia videlicet non fuerunt ſudores incipientes, ſed vnica tantum vice fientes. qui nempè ſudores interdum mali ſunt, vt ægrotis ſuperioribus expertum fuit: interdum verò boni, vt in Pericle in Abderis apparuit. huic nempe quarta die fit ſudor, & eadem quoq; iudicatur, ſine longitudine, abſque labore, & quod obſeruabilius, ſine recidiua etiam. *Chartades 7. lib. epid.*

Si

Si autem queras, cur interdum ſudores quamquam in ſupra relatis diebus fientes non ſunt boni, ſi vnica tantum vice appareant. è contrà autem perpetuò boni, ſi tertia, quinta, & alijs dictis diebus incipientes ſint, & per conſequens etiam ſequentes.

Reſponderem, quia in primis ſudoribus, ſi vnica illa vice in qua fiunt, febres non tollantur, illud valet decantatum alias documentum, iudicatorium non iudicans, vel mortem ſignificat, vel morbi difficilem iudicationem. Ratio eſt autem quandoquidem natura cum dictis ſudoribus pugnam aggreditur aduerſus morbum. Cum autem iudicationem non aſſequitur, indicium eſt non viciſſe, at è contrà fuiſſe victam: ideoq; vel longitudinem, aut periculum ijdem, interdum vnica vice apparentes ſudores, demonſtrant.

Qui autem ſudores in ijſdem diebus incipiunt, perſeuerando deinceps, & iterum ſeſe oſtendendo, ſigna ſunt naturã pugnaſſe cum morbo, & non fuiſſe victam, ſed eundem potius morbum ſuperare incœpiſſe: vnde ſequuntur poſtmodum, & morbi profligationi cum ijſdem natura incumbit.

Boni igitur ſunt tales ſudores, & cryſim perfectè euenturam demonſtrant: veluti in Epicratis vxore manifeſtum recenſetur, cui vndecima die ſudor factus fuit, & deinde iudicata eſt.

Metoni ſudor incœpit quinta die.

Mulieri decumbenti in littore eadem quinta die.

Melidiæ atque Cherioni apud Demenetum incœpit ſeptima.

Mulieri in Thaſo tertia die, ſicuti & Nicolai filio.

Leophorbidæ poſtremò die vigeſimaprima.

His inquam omnibus ſudores in diebus citati aphoriſmi Hipp. incœperunt. & propterea omnes etiam feliciter iudicati leguntur.

Qui

Qui verò ſudores non ita fiunt, ſubiungebat Hipp. laborem ſignificant, morbi longitudinem, vel recidiuam (hic ſub nomine laboris etiam mors comprehenditur.)

Laborem videlicet quandoquidem prima die incœpit ſudor Phyliſco, & Eraſino; atq; ambo etiam mortui recenſentur poſtremò.

Secunda die adoleſcenti, qui habitabat in mendacium foro, Pythioni in Thaſo, & vtri naturæ conceſſerunt.

Sexta die incœpit ſudor Sileno, qui vndecima perijt.

Octaua incipit ſudor, duodecimo ægroto primi epidim. & cum lætho iudicatur.

Metoni tandem 7. lib. epid. decimaſexta ſudor fuit, & mortuus eſt.

Morbi longitudinem ſudores quoq; demonſtrant in prærelatis diebus aphoriſmi haud incipientes: vnde illi, qui in Dealcis horto decumbebat, quarta die ſudor incœpit, quadrageſima exin iudicatur.

Denique ijdem ſudores oſtendunt recidiuas: cuiuſmodi in Herophonte patuit, cui ſexta die ſudor incœpit, ideoque à iudicatione poſtmodum recidiuauit. veluti idem virgini in Abderis contigit, cui vigeſima die ſudor incœperat, necnon etiam Pythodoro octaua die, vt in Hipp. legitur.

Tertius itaque, quintus, ſeptimus, nonus, & alij ſuperius ab Hippocr. in aphor. recenſiti, ſunt in febribus iudicatorij dies cum ſudoribus iudicantes. reliqui autem, & hos vltrà, vel laborem ſignificant, vel morbi longitudinem, aut recidiuam. *Pythodorus 7 lib. epid.*

Sed dices Pythio, qui habitabat iuxta telluris templum decima die ſudauit, & iudicatus eſt. Ergo ſudores tametſi prædictis in diebus haud ſemper lougitudi- *Pythio 1. epid.*

I nem,

nem, vel periculum, aut recidiuam oſtendunt?

Reſpondetur decima die ſudaſſe Pythionem, planè clarum eſſe. verum non incœpit ſudare. Illos autem ſudores longitudinem, vel recidiuam, aut laborem ſignificare affirmabamus, qui incipiunt, non verò fiunt, vt ſuperius declarabatur.

Præterea, quoniam febris Pythionis etiam in die pari reliquerat, vtique recidiua etiam neceſſariò ſubſequi debuiſſet, cum Hippocrat. in aphor. non ſecuta autem viſa fuit, tum quia circà ſedem abſceſſus exortus fuit, tum etiam quia vrinæ ſtillicidium eidem accidit. Ex quo idem Hippocr. ad finem hiſtoriæ, probabile eſt, hunc multitudine vrinarum fuiſſe ſanatum, aſſerebat.

Hip.4.aph.61

Sed dices iterum. Virgini in Laryſſa ſexta die ſudor multus factus fuit, calidus. per totum; & ſine recidiua iudicatam fuiſſe addidit etiam Hipp. in ipſius hiſtoria. Quatenus, videlicet, ipſam non recidiuaſſe miraretur, reſponderem.

Nicodemo pariter in Abderis, ſudor multus vigeſima die factus fuit, vigeſimaquarta poſtmodum cum ſudore iudicatur.

Igitur ſudores haud ſemper recidiuam indicant, quamquam in relatis diebus ab Hipp.in aph. non celebrentur.

Reſpondetur mirabile eſſe nequaquam, quod Virgini in Laryſſa haud recidiua ſubſequuta fuerit: quoniam ipſi tunc primum menſes prodierunt, ex quibus tanquam primò aduenientibus omnis etiam iudicatio molita fuit.

Nicodemus autem eſtò quod ſine recidiua iudicatus fuerit, caſus tamen hic particularis eſt, atque de rarò contingentibus. Quemadmodum aphoriſmi Hippocratis, non quidem perpetuò, vt plurimum

verò,

verò, & ferè ſemper verificantur.

Præter dies autem in quibus ſudores incipiunt, in ijſdem febricitantium ſudoribus perpenduntur nonnulla alia. Si vniuerſalis, vt putà ſudor ſit, vel in aliqua parte; frigidus, an calidus, cæteraque huiuſcemodi.

Et quoad primum, ſudor vniuerſalis fuit obſeruatus ab Hippocr. in Nicolao quinti epidim. qui etiam iudicatus recenſetur. Igitur ſudores vniuerſales maximè commendandi ſunt, vt è contrà, particulares interdum mali leguntur. Cuiuſmodi in Coacis, qui exundant, inquit Hipp. & maximè capite, in morbis acutis, ſubmoleſtè ferentes, malum eſt. *Hipp. in coac. & 1. prorrhet.*

Mali profectò ſunt, quandoquidem Menoni ſudor fuit circà frontem, & ceruicem; & mortuus recenſetur. *Menō. 7. epid.*

Sileno ſudor quoq; erat circa caput, & naturæ conceſſit. quemadmodum Pythioni etiam in Thaſo idem accidit, & ſimilibus alijs.

Mali igitur ſudores interdum circà caput ſunt: præſertim verò ſi ijſdem in diebus haud incipiant, ſuperius ab Hipp. in aph. deſcriptis. Atq; in totum vniuerſales, particularibus, cæteris tamen paribus, meliores ſemper ſudores ſunt.

Frigiditas inſuper in ijſdem conſideratur ſudoribus. Vnde Hippocrat. ſæpè adductus, frigidi ſudores, eſſabatut, cum acuta febre mortem, cum mitiori verò longitudinem morbi ſignificant. Et ratio eſt per Ariſtot. probl. quoniam omnis ſudor excrementi cuiudam ſecretio eſt. parum autem excrementi amplius incaleſcere conſentaneum eſt: plus autem non æquè, ſed minus. Itaque ſudor frigidus excrementi multi indicium eſſe poteſt. Quocircà morbos quoque is facit longiores, vel læthales, fortaſſe addi poteſt. *Hip 4. aph. & lib de iudi. at.* *Ariſtot ſect 2. probl. 53.*

Mortem ſanè indicarunt frigidi ſudores Phyliſco, Dromeadæ vxori, alteri mulieri decumbenti iuxta Pantimedem, mulieri decumbenti in mendacium foro, & alijs ſimilibus.

Hip. 1. progn. 29. & lib. de iudicat.

De huiuſmodi inſuper ſudoribus, hæc omnia quæ ſequuntur apud Hippocratem ſcripta reperij. Et primo in prognoſt. & alibi. Sudores optimi ſunt, atque celerrimè febrem ſedant, qui in iudicatorijs diebus fiunt, vel oriuntur, febremque perfectè ſubmouent.

Boni quoque ſunt, qui per totum corpus fientes morbum facilius ferre faciunt: necnon etiam guttatim, & exhalando fiunt. Qui verò è contrà nihil horum faciunt, incommodi ſunt. Vnde ſudores, in epid. inquit Hippocr. fiebant nihil alleuantes ſed contrario modo damna inferentes, & mali erant.

Hipp. 4. epid. conſt. 2.

Ad inſtar milij, & circa collum dumtaxat exorientes ſudores mali ſunt.

Præterea, febricitanti ſudor ſuperueniens febre non deficiente malum, prolongatur enim morbus, & multam ſignificat humiditatem. in aph. & alibi.

Hip. 4. aph. & lib. de indic.

Si ſudore oborto morbus deficiat, & vrina fulua albam ſubſidentiam habens conſpiciatur, his eadem die recidiua febris fiet. atque hæc quinta die citra periculum iudicatur.

Hip. 1. prorrhet.

Sudantes ex perfrigeratione recaleſcentes malum, vel exudantes vigiles recaleſcentes malum.

Et denique, in ſudore ſputa defluentia febricitanti leuia ſunt.

Ex rigore, & horrore.

EX rigore, vel horrore pariter febres demonſtrantur. Rigor autem, & horror in hoc ſanè differunt, quod horror prauus eſt rigor cum Hippocr. in reliquis vnum & idem ſunt. *Hipp. lib. 1. de morbis.*

De huiuſmodi, inquam, rigoribus hoc ego in epid. libris obſeruaui. Quibuſcumque, videlicet, febricitantibus in die impari rigores aduenere, cuncti etiam ſanitati reſtituti fuere. è contra verò, quibuſcumque in die pari exorti recenſētur, ex his plurimi interierunt; reliqui verò aut difficile, vel cum longitudine iudicati ſunt, vel cum recidiua.

Rigores in die impari acceſſerunt mulieri, quæ decumbebat in littore, illi qui in Dealcis horto decumbebat. Cherioni apud Dementum, atque Leophorbidę; Ex quibus nullus naturæ conceſſit, omneſq; iudicati leguntur. *Leophorbidæ 7. lib. epid.*

In die autem pari rigores apparuerunt in Phylini, atque Dromeadæ vxoribus. in duodecimo ægroto primi lib. epid. in muliere apud Pantimedem. in muliere decumbente in Mendacium foro. in Apollonio in Abderis, in muliere in Cyzico, atque Dealcis in vxore: qui etiam omnes obiere: exceptis Nicodemo, & virgine in Abderis: difficile autem iudicatis cum eodem Hippocr.

Cum igitur rigores, vel horrores febricitantibus in die impari contingunt, bonum etiam finem, vt plurimum expectato: ſicuti è contrà ſi in imparibus apparuerint. Dixi autem vt plurimum, quoniam interdum ijdem in impari die occurrentes rigores mali ſunt: & eadem ſanè ratione, quam ſuprà de ſudoribus afferebamus: quia ſcilicet iudicatorium non iudicans non-

Hipp. 2. epid. ſect. 1. nunquam rigor eſſe poteſt.atque iudicatoria non iudicantia, aut mortem, aut difficilem morbi ſolutionem alias indicare ferebamus.

Ratio autem cur in die impari meliores ſint rigores, quam in pari: nulla ſanè alia apud me eſt, quam illa in præteritis, cum de exacerbationibus, quæ decantabatur.

Sed omiſſis diebus, in quibus rigores celebrantur. Rigores inordinati, vel erroneo modo fientes mali ſunt: quandoquidem aut mortem oſtendunt, vel morbi longitudinem, & profectò ita contigit in illis ægrotantibus, qui ab Hippocr. 1. epidim. conſtit. 1. recenſentur.

Hip. 4. aph. 46 in coac. & 1. prorrhit. Si rigor incidat in febre non intermittente ægro iam debili: læthale eſt per eundem Hippocr. in aph.

Deinde in iiſdem Coac. Hipp. ſic loquebatur: Qui frequenter exudant, ac inſuper rigent, perniciosum hoc eſt & in fine ſuppurationem habere comperiuntur, ventreſq; perturbatos.

Rigores multi, torpidi, maligni ſunt.

Continui rigores in acutis praui ſunt.

Rigor cum diſtentione neruorum in poſteriora, occidit.

Rigores veluti in febre tertiana; ſi in media ordinata febre exacerbantur, valdè maligni ſunt. Si verò contrario conuellentibus modo exacerbentur, cum rigore, & febre, pernicioſum eſt.

Et qui præterea riguerunt ex his vbi vomuerunt meraca, anxij, tremuli, in febre malum.

Qui verò 17. die rigorem habuit, & quarta, ac vigeſima inſuper riguerit, malignum hoc eſt.

Horrore denique affecti, & exudantes difficili modo implicantur.

Ex frigiditate.

FRigiditas vel in toto, vel in partibus eſſe valet. Inque toto legitur duodecimo ægroto 1. epid. Pario in Thaſo, atque mulieri in eodem Thaſo decumbenti. quibus & interitus etiam deinde ſuperuenit.

In partibus, atque præſertim in extremitatibus, adnotatæ fuerunt frigiditates in pluribus alijs epid. ægris, cuiuſmodi Phyliſco, Sileno, Phylini vxori, Eraſino, Dromeadæ vxori, duodecimo ægroto 1. lib. epidim. Euryanactis filiæ. Adoleſcenti in mendacium foro. Alteri mulieri apud Pantimedem, mulieri in mendacium foro decumbenti, Pythioni in Thaſo, Caluo in Laryſſa, Apollonio in Abderis, mulieri in Cyzico, Dealcis vxori, ac tandem Menoni. Omnibus, inquam, quibus extremitates frigidæ obſeruatæ fuere in ægris epid. interitus acceſſit, excepto illo, qui in Dealcis horto habitabat: quadrageſima tamen die, vel difficile iudicato. *Menon 7. lib. epid.*

Cum igitur in toto, tum etiam in partibus frigiditates malæ ſunt febricitantibus. & eo amplius malas iudicarem, quotieſcumque aſſiduo eſſent, vel per temporum moras: quemadmodum Euryanactis filiæ accidit, idemque experti fuere omnes febricitantes 3. epid. ſect. 3. ab Hipp. recenſiti.

Si extremitates frigidæ ſint, extra autem ſtragula detinere æger exoptet, vtrique peſſimum eſſe iudicarem indicium. ſiquidem Menon 7. lib. epid. æger, cum interitu morbum clauſit, refertur ab Hippoc.

Frigiditas inſuper extremitatum multa, mala fuit omnibus continuè febricitantibus 1. lib. epidim. conſtit. 2.

Hip. 4. aph. 8. Hip. 1. aph. Vnde in morbo acuto frigus partium extremarum, malum, aſſerebat Hipp. in aph.

Et quibus etiam exteriora frigent, interiora verò vruntur, & ſitim habent, læthale eſt. Exteriora extremitates legitur in Coacis. Sed fortaſſe dictio exteriora hic, omnes alias corporis externas partes ſignificare valuerit.

In ijſdem Coacis, Aures frigidæ periculoſæ ſunt, inquit Hipp.

Moleſtè ferre morbum cum perfrigeratione peſſimum.

Perfrigeratio cum duritia pernicioſa.

Ex perfrigeratione timor, & triſtitia præter rationem. in conuulſionem finit.

Ex perfrigeratione vrinas intercipi peſſimum eſt.

Poſter orum partium frigiditas, conuulſoria eſt.

Quiq; ex perfrigeratione ſudoroſa citò recaleſcunt, malum.

In Prorrhit. verò, Perfrigerationes ex rigore, aſſerebat idem Hippoc. non recaleſcentes malæ ſunt.

Hip. 4. aph. 40 Atque poſtremò in aph. Et vbi in toto corpore mutationes fiunt, ſi corpus caleſiat, vel rurſus refrigeretur: longitudo morbi ſignificatur.

Et ſic ex frigiditate etiam prognoſtica deſumuntur.

A ſanguinis eruptionibus.

Hip. 1. epid. conſt. 3. IN febribus eruptiones ſanguinis ſi rectè fiant bonæ ſunt cum Hippocrat. Si rectè fiant, inquit, hoc eſt ſi omnia illa reperiantur, quę in alijs euacuationibus requirit Hippocr. Cuiuſmodi, ſi criticis in diebus celebrentur. cum tolerantia, conferentia, vel alijs ſimilibus.

Accidunt verò ſanguinis eruptiones in febribus, præ-

ſertim

Digitized by Google

ſertim è naribus, per ſeceſſum, & hemorrhoidas: atq: fœminis per vteri venas, quæ etiam eruptiones à Medicis communiter menſtrua appellantur.

Ex naribus largæ ſanguinis eruptiones plerumq; liberant, cum Hippocr. Velut Hermagoræ, quod Medici non aduerterunt. Plerumq; dicit Hippocr. quoniam largæ ſanguinis eruptiones, interdum ſympthomaticę ſunt. atque tantum abeſt vt proſint, quod è contrà obſint potius. Periculum, ſcilicet, vel morbi longitudinem tales eruptiones indicant: quemadmodum Heropytho in Abderis euenit, cui quadrageſima die multus ſanguis è naribus fuit; centeſima exin, atque vigeſima die iudicatur. *Hip. 1. epid.*

Vt autem largæ ſanguinis eruptiones è naribus plerumque à febribus liberant: ita etiam paruæ è contrà, non modò liberant, verum maiora plerumq; futura mala demonſtrant. iuxta illud tam ſæpè decantatum, Omnia pauca mala.

In Coacis, ſanguinis ſtillæ puſillæ malæ ſunt, legitur. Malæ ſanè deſcribuntur eædem ſtillæ ſanguinis ab Hippocr. cum de ardentibus febribus in epid. agit. necnon etiam in Phyliſco, in Dromeadæ vxore, atque in Thaſo. quibus omnibus, cum interitu exin finis acceſſit. *Hipp. 3. epid. ſect. 3.*

Malæ igitur ſunt ſtillæ ſanguinis è naſo; atque præſertim ſi in criticis diebus eueniant. Quamquam ex altera parte Scopo alibi receſito, decima die ſanguinis è ſiniſtra nare prodidit, paucus, aquoſus. & nihilominus iudicatus refertur. Caſus profectò ſingularis, & de rarò contingentibus. *Scopus ager, 2. epid. ſect. 3.*

Sed præter quantitatem in iiſdem è naribus ſanguinis eruptionibus, obſeruabat quoque Hippocr. nonnullos dies, & quartum præcipuè in epid. lib. his nempe verbis loquens. Quartanæ ſanguinis eruptiones ęgrè iudicant. *Hipp. 2. epid. ſect. 3. & 6. epid. ſect. 2.*

iudicant ἀν τεταρταίαι, græcè, αἱμοῤῥαγίαι ἀνακρίνει.

Hip. 8. aph. 3. Octáuo autem aphor. ὁκόσοισιν, legitur, ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἐοῦσιν, αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῇ, πονηρόν.

Galen. com. 3. epid. ſect. 3 ad finem. De τεταρταίοισιν dictione idem Gell. lib. 10. noct. Attic. c. 24.

Quibuſcumque, videlicet, in quarta die (non autem in febribus quartanis, vt communiter legitur. Siquidem τεταρταίοισιν quartam diem ſignificat, ſecundum antiquiorem lecturam, quam Galen. in comm. epid. retulit) Quibuſcumq; inquam, quarta die ſanguis è naribus fluxerit, malum eſt.

Neque obſtat, quod Metoni 7. ægroto, 1. epidim. quarta die febris à dextra nare ſanguis defluxerit modicus, & deinde quinta iudicatus fuerit: quandoquidem recidiua facta non eſt, ad finem hiſtoriæ addidit Hippocr. & quaſi vellet affirmare recidiua erat facienda, non fuit verò ſubſequuta. ergò caſus particularis eſt, naturæque miraculum. Sicuti & idem Phyliſtidi Heraclidæ vxori accidit 7. etiam epidim. Huic inquam, recidiua non accidit, quoniam enunciarem, ſanguis erupit ſæpè etiam poſt iudicationem, vt Hipp. ibidem refert.

In febribus itaque quarta die ſanguis è naribus ſemper malus. Et ideo prædictus Hippocr. in Coacis, in febribus ardentibus affirmabat, fluxio ſanguinis ex naribus quarta die mala eſt, ſi non aliud quid boni coinciderit. verum quinta minus periculoſum. & hæc de ſanguinis eruptionibus per nares.

Secundo loco ſanguinis eruptiones per ſeceſſum, & hemorrhoidas fieri aſſolent. perque ſeceſſum Cartadi tertia die ſubijt ſanguinis recentis pluſquam congij

Hip. 7. aph. 9. menſura, & perijt. Tam itaque per ſeceſſum, quam per hemorrhoidas, ſi ſympthomatice fiant ſanguinis eruptiones malæ; vt è contrà ſi criticè bonæ ſunt.

A ſanguinis fluxu delirium, aut etiam conuulſio malum, in aph. legitur.

De

De menſtruis autem purgationibus menſura ipſarum docebat Hipp. duarum eminarum Atticarum eſſe debet, plus, vel minus. Hipp. 1. de morb. mul. Hip. 2. prorrh.

Et alibi, Interrogare oportet an omnibus menſibus compareant, & an copia ſatis magna, & an boni coloris ſint, & æquales in ſingulis temporibus, & in iiſdem menſium diebus, ſic enim has fieri optimum eſt.

In aphor. plurimæ verò affectiones, docebat Hipp. pueris iudicantur partim in quadraginta diebus, partim in ſeptem menſibus, partim in ſeptem annis, partim ad pubertatem accedentibus. Quæ verò permanſerint pueris affectiones, & non ſolutæ fuerint circà pubertatem, aut fœmellis circà menſium eruptiones, diuturnæ fieri ſolent. Quibus omnibus ad verbum aſtipulati fuere Celſus, necnon etiam Plin. in ſuis natural. his verbis: Multa genera morborum primò coitu ſoluuntur, primoq; fœminarum menſe, aut ſi id non contingat, longinqua fiunt, maximèq; comitiales. Hipp. 3. apho. 28. Celſ. l. 2. c. 1 Plin. li. 28 c 4 Hipp 2. epid. ſect. 2. & 1.

Virgo illa ſiderata in ſiniſtra manu, & crure ſiniſtro, quæq; recenſetur ab Hipp. in epid. Virgo etiam in Abderis, quæ decumbebat in ſacra via. Dætharſei filia virgo. Mulier denique in Thaſo. & aliæ, liberatæ traduntur ex menſibus primum prodeuntibus. Ergo menſes prima vice in iuuenculis aduenientes magnarum ſunt virium, & febres etiam profligare valuerint: ſi probè tamen fiant, cum Hipp. atque de alijs etiam euacuationibus ſuperius affirmabamus. Hipp. ibid.

Ex Tuſſi.

Etiam tuſſis præſagire facit in febribus. Vnde Hippocrat. circà exacerbationem qui tuſſiunt maligne habent. Hip. in coacis.

Euxeni

Aegrota, 7. li. epid. Euxeni vxori tuſſicula ſicca ad modicum tempus febre exacerbari incipiente erat, & naturæ conceſſit.

In febribus laſſitudinem inducentibus tuſſes ſiccę, affirmabat etiam Hippoc. ad articulos decumbunt cum febre, ſi relinquantur.

Ex flatibus, ſternutationibus, ſingultibus.

Hip. in coac. & progn. IN febribus inflata aluo, flatus non erumpere malum eſt, Hippocr. decantauit.

Et crepitus cum ſonitu peiores, abſque ſonitu verò meliores.

De ſternutationibus nihil ſanè obſeruatum circà febres particulariter inueni ab Hippocr. cum autem ſternutatio euacuatio quædam ſit (namque ſternutamentum, legitur in aphor. ex capite fit, calefacto cerebro, aut humectato eo quod in capite inani. aer enim intus contentus extra erumpit, ſonat autem quoniam per anguſtum ipſi eſt exitus) cum inquam ſternutatio quędam ſit euacuatio, idem affirmandum eſt, quod ſuperius de alijs dicebatur euacuationibus, nimirum ſternutamento rectè fiente bonum: è contrà malum.

Hip. 7. aph. 53

Singultus denique ſuperuenit multus mulieri, quæ habitabat in mendacium foro, poſt vomitum nigrum, multum, & graueolentem, decimaquarta denique mors acceſſit.

Hipp. 7. epid. in fine.

A ſpiritu.

SPiritus quid in febribus futurum ſit, etiam, atque etiam oſtendunt. Multiplicis autem differentiæ inuenio apud Hipp. lib. epid. namque magnus legitur, rarus, tenuis, imminutus, ſubdenſus, breuis, ſtertens, atque ſublimis.

Magnus

Magnus & rarus ſpiritus, fuit adnotatus in Sileno, & in adoleſcente ex Meliboea, qui duo perierunt. Fuit pariter in Dromeadæ vxore obſeruatus, quæ conuulſa interijt, vt in vxore Dealcis in Leio decumbente vigeſima prima die, & conuulſa mortua.

Rarus, inquit Hipp. in aph. & alibi, & ex longis interuallis ſpiritus delirium ſignificat. *Hipp. i1 aph. et 1. progn. 27*

Tenuis & imminuta ſpiratio arguit, ſententia mea, iacturam vitalium ſpirituum. (Exigui enim caloris participes, tenue refrigerationis auxilium deſiderant, cum Ariſtot.) Arguit quoque perquam imbecillem pulmonis facultatem animalem redditam. Ideoq; mala affirmanda eſt imminuta ſpiratio: cũ etiam huiuſmodi Pythionem in Thaſo naturæ cõceſſiſſe in Hipp. legamus. *Ariſt. lib. de ſpirat.*

Spiritus ſubdenſus adnotatur ab Hippocr. in Scopo, qui iudicatur. quamquam bona dici non poſſit ſpiratio talis, vt pote à naturali ſtatu recedens, non valdè verò mala: quoniam hæc minus, non verò multum ab eodem recedit naturali ſtatu. *Scopus, 2. lib. epid. ſect. 3.*

Breuiſpiri fuerunt Dealcis vxor in Leio decumbens, atque Pythio in Thaſo, vtri etiam ex hac vita migrati. Ergò ſpiritus breuis malum portendit, cum reſpirandi neceſſitatem, magnumq; calorem in partibus vitalibus adeſſe oſtendat. Arguit pariter imbecillitatem pulmonis, nequaquam ſcilicet ſecundum ſe totum, ſuamque latitudinem mouere, vel ſpirare valens. *Idem Ariſtot. innuit. lib. de ſpirat.*

In febribus, ex Ariſtotele, pulmones duriores efficiuntur (& ex reſolutione humidi ab ipſo febris calore affirmarem) vnde flatum vitalem obdenſum, atque ſpiſſum etiam reddunt ægroti. quandoquidem ijdem pulmones non admodum latè aut efferri, aut deprimi queant. Deniq; cum facultatem ita mouendi penitus amiſerint, efflantes a vita diſcedunt. *Ariſt. ibidem.*

Stertens ſpiritus fuit obſeruatus in hiſtorijs Menonis, *Aegroti, 7. lib. epid.*

atque

atque Hermoptholemi; qui ambo cum interierint, argumentum eſt talem ſpiratione per quam eſſe læthale: tanquam etenim pulmone cum trachea, & alijs vehementer debilitatis, ſpiritus diffractus recipitur, vel tranſmittitur, atque per ſaltus quodammodò: non etenim expellens, attrahens, vel retinens facultates ſpirationi inſeruientes, tunc temporis ſpiritum regulare valent: verum vtpotè imbecillis redditis, vt iam affirmabatur, inordinatè, & ſine regula mouent. Quemadmodum in claudis contingere ſolet, vel puerulis, quorum crura cum non valeant, ambulationem inordinatam gerunt; ita item ſpirationi partibus inſeruientibus accidit, cum ſtertore ſpirant, quia debiles, & morientes ſunt. Lethalis igitur eſt huiuſmodi ſpiratio; cum etiam, atque vt plurimum morituris eueniat. Id enim quod vulgo catharrus in morituris appellatur, ſupradictus ſpiritus ſtertens eſt.

Olimpiadæ vxor, 7. epid. Sublimis autem ſpiritus fuit in Olympiadæ vxore: ſpiritus nimirum, inquit Hipocr. ſublimis per naſum ferebatur.

Sed hic ſpiritus qualis eſt? Hicque mihi facilè fuit intelligere Hippocr. eum ſublimem vocare ſpiritum, qui altioribus thoracis partibus inſpiratur, Galen. edocuit.

Gal. 4. de loc. aff. c. 7. Ex quibus Gal. ſublimis ſpiritus malus etiam appellandus eſt. Ideoq; cum eodem ſupradicta perijt Olympiadæ vxor.

Hip. 1 progn. 28. De hoc etiam ſpiritu idem Hipp. in progn. Spiritus frequens, enunciabat, aut doloris, vel inflammationis in partibus ſepto tranſuerſo ſuperioribus, indicium eſt.

Hip. ibid. tex. 28. Atque inferius, facilis ſpiratio in acutis morbis, quibus febris copulatur, quiq; intra quadraginta dies iudicari ſolent, magnum habet ad ſalutem momentũ.

In

In aphor, denique febricitantibus ſpiritus offendens malum. Spiritus offendens, inquit Gal. in comm. hoc eſt qui in medio ſui interruptus ſubſtiterit. *Hip.4.aph.68*

Ex his autem, & quæ per hæc fiunt ad finem conſiderandum, ſubiunxit Hipp. in eodem textu ſuperioribus allato. Non videlicet ex his modò: verum etiam & ex alijs præſagia febrium deſumuntur.

Quæ autem vſq; adhuc penès Hipp. examinauimus, vniuerſaliora ſunt, vtq; plurimum contingentia. Et hæc de prognoſticis in ordine ad febres.

Quibus addo primum, quæcumque Hippocr. ad finem prognoſticorum ſubdidit: nempè, Cæterum ſi rectè diſcernere volueris, & morituros, & eos, qui à periculo tuti ſnut, & quis morbus longo, & quis breuiori ſpatio finietur, diſce omnium ſignorum inter ſe collatorum vires, vt ſuprà demonſtrauimus, accuratè iudicare; item ſuperuenientium quoque morborum impetum, ac temporum omnium conditionem, accuratè obſeruare oportet.

Quod etiam ad coniecturas, reliquaque ſigna pertinet, haudquaquam vel ignorandum, vel negligendum eſt: quod quouis anno, & quouis anni tempore, mala ſigna timorem, vtilia verò bonam ſpem denuntiant. Etenim in Libya, & Delo, atq; Scythia propoſita iam ſigna eſſe comprobauimus.

Secundò addo, apud antiquiores varijs modis fuiſſe dies adnumeratos Namque Athenienſes intelligebant diem integrum totum illud ſpatium, quod ab vno Solis occaſu ad alium occaſum extenditur. Babyloni e contrà, à Solis exortu incipiebant dies ad alium exortum. Vmbri verò a meridie ad alium meridiem: Et denique Romani ex media nocte, inchoabant dies, ad aliam mediam noctem. Dies igitur naturales apud omnes antiquos, nocte ac die ſimul artificiali, vt dicitur, *Gel. noct. Atic.lib.3 c.2.*

citur,

citur, conſtabant. Sic itaque & nos diem intelligemus illud temporis ſpatium, quod nocte, ac die artificiali componitur. Et quoniam cum Hipp. dierum ſupputatio per dies integros celebrari non valet: namq; ſicut non conſtat annus integris menſibus, neque menſis integris diebus; ita pariter neque dies integris horis neceſſe eſt etiam perpetuò conſtare, Vnde ſi contingat fortè fortuna, quod aliquis vigeſima prima hora, exempli gratia, febre corripiatur, vnum diem numerabimus tres illas horas, quæ diei artificiali ſuperſunt, cum tota ſequenti nocte. vt etiam dato caſu quod aliquis incidat in febrem hora quinta noctis, diem quoq; vocabimus vnum, omnes illas horas, quæ nocti ſuperſunt, cum tota die ſequenti artificiali. Non, inquam, neceſſe eſt omnes dies integris horis conſtare. veluti neque menſes integris diebus. quandoquidem vtero geſſit Fauſtina, exempli gratia, octo menſes integros, atque tres dies noni menſis: accidit modò vt tertio die noni menſis pariat. vtique partus hic nouimeſtris apellabitur; cum integris diebus menſes conſtare non ſemper valeant in operationibus naturalibus. Ergò nec etiam dies integris horis neceſſe eſt vt conſtruantur. Et ſic Franciſcus, exempli gratia, hora 23. diei Mercurij ex febre corripitur: diem vnum vocabimus illam reliquam diei horam cum tota ſequenti nocte. ita etiam numerabat Hippocrat. in epid. vt melius eximius Doctor Marſilius Cagnatus edocuit ſuper aph. ſeptenorum quartus eſt index, & quæ ſequuntut.

Hip. 3. progn. 5.

Hipp. lib. de iudic.

Huiuſmodi numerandi mos habetur etiam in ſacris literis, ſi rectè memini, cum de Iona Propheta in Euangelio ſic legitur: Vt Ionæ, inquam, corpus tribus diebus, tribuſque noctibus in ventre Ceti fuit: ſic etiam filius hominis tribus diebus, tribuſque noctibus in corde terræ retinebitur. Si quis autem vlterius ſacras

litteras

literas ſcrutabitur, inueniet filium hominis Chriſtum Redemptorem noſtrum tribus integris diebus in corde terrræ nequaquam fuiſſe.

Tertio dierum ſupputationem in febribus addo faciendam eſſe non à diè decubitus, vt placuit nonnullis, verum à die manifeſtæ læſionis, vt in illis duobus fratribus, qui eadem hora ægrotare cœperunt, Hipp. edocuit. cum interdum febricitent homines, & ruſtici præſertim, ac tamen non decumbant; quinimmò Hippocr. in epid. febres enumerabat etiam rectè obambulantibus: his verbis; Diurnæ verò febres quotidianæ, & nocturnæ. & erroneæ multis, & multo tempore permanebant, & rectè obambulantibus. *Hipp. 1. epid. ſect. 2. conſt. 3* *Hipp. 1. epid. ſect. 2. conſt. 2.*

Quartò, in fœminis jam partum quæ in lucem prodiderunt, febres non à die partus ſupputandæ ſunt, verum dies numerandi ab illo die in quo febres incipiunt; atque id, præter quam quod ſuadet ratio, comprobauit etiam Auicenn. & Hippocrat. poſtremò edocuit in lib. epidim. quando in Thaſo mulierem, inquit, decumbentem apud frigidam, a partu filiam cum peperiſſet, & purgatio facta non eſſet, febris acuta tertia die corripuit. Ergò non à primo die partus, ſed à die febris, dies ſupputandi ſunt, vt idem in hiſtorijs etiam vxorum patuit, Epicratis, Phylini, Dromeadæ, vel aliorum ſimilium. *Auic. 1. 4 tract. 2. c. 1.* *Hipp. 3. epid. ægro 2. ſect. 3.*

Quinto, & denique, ſi quis à te quærat lector, cur plura exhibeantnr à medicis præſagia mortis, quam ſalutis? percunctanti cum Plinio reſpondeas: quoniam innumerabilia ſunt mortis ſigna, ſalutis autem, ſecuritatiſque nulla. nimirum vna res modo præter naturalis ſufficiens ſit ad valetudinis deſtructionem: ad conſtitutionem verò plura requirantur. *Plin. l. 7 c 51.*

Finis Libri Primi.

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS

DE CVRATIONE FEBRIS IN COMMVNI.

PROOEMIVM.

FEBRE nullum eſt vulgare magis morbi genus, ac tamen curatur difficilius nihil. Prodicus, *Celſ. li. 3 c. 9. Hipp 6. epid. com. 3 tex. 31* & Erodicus, vt refert Hipp. fame multa, circuitibus, curſibus, frictione, & alijs multis laboribus febricitātes curabant, ſiuè potius interficiebant. Petronius quidam, referente Celſo, febricitantem homi- *Celſ. lib. 3 c. 9.* nem vbi acceperat, multis veſtimentis operiebat, vt ſimul calorem ingentem, ſitimquè excitaret, deindè vbi paulum remitti cœperat febris, aquam frigidam potui dabat, ac ſi mouerat ſudorem, plus etiam aquæ frigidæ ingerebat, & tum vomere cogebat. Si alterutro modo febre liberauerat, protinus Suillam, & vinum homini dabat; ſi non liberauerat decoquebat aquam ſale adiecto, eamque bibere cogebat, vt vomendo ventrem purgaret. et intrà hæc omnia medicina eius erat: quę non minus grata fuit his, quos Hip. ſucceſſores non refecerant, quam nunc eſt his, quos Herophili, vel Eraſiſtrati emuli diù tractos non expedierunt. Sed multa quoque alia curationum genera eundem penes Au- *Celſ. lib. 3. c. 3.* ctorem reperiuntur: namque aliàs antiquiores. aliter Aſclepiades, aliter Eraſiſtratus, aliter Themiſon quidam; & denique alij aliter quoque febrium curationes moliebantur. Quidam præterea alij Medici totam curandi rationem in amotione corporis reponebant, ab

eo ſtatu in quo æger exiſtit: ſiquidem antiqui morbi, docebat Hippocr. difficilius curantur, quam recentes, verum antiquos recentes primum facere oportet. Et Celſus latinus Hipp. ſed eſt circumſpecti quoque hominis, decantauit, & nouare interdum, & augere morbum, & febres accendere: quià curationem, vbi id quod eſt non recipit, poteſt recipere quod futurum eſt. Atque in nonnullis medici cura eſſe debet, corpus amouere ab eo ſtatu in quo eſt. Cur morbi quærit etiam Ariſt. ſæpè curari poſſunt vbi quis aliundè exceſſit? Equidem nonnulli medici eam artem exercent, vt non niſi per exceſſum agant vel vini, vel aquæ, vel ſalſuginis, vel cibi, vel inediæ. An quoniam cauſæ, quę morbos committunt aduerſæ inter ſe ſunt? atque ita efficitur, vt genus alterum duci per exceſſum alterius in medium poſſit? Morbum morbo docebat quidam alter, vt clauum clauo retundimus, maloque nodo malum adhibemus cuneum.

Hipp. lib de loc. in homine.

Celſ. li. 3. c. 9.

Celſ. li. 3. c. 16.

Ariſt. ſect. 1. probl. 2.

Sed Omiſſis antiquiorum curationibus, noſtri temporis medici curationem hoc methodo moliuntur. Primis videlicet diebus, conſueſcunt recentiores, leue pharmacum, minoratiuum dictum febrientibus propinare. atque id nulla etiam alia ratione, niſi ad expurgandas primas vias, ventriculum, nempe, inteſtina, & meatus quos meſeraicos appellant: ad materiam peccantem, ſi multa eſt, minorandum, nec non etiam fluxurum humorem, vt dicunt, prohibendum. Medicamentum verò minoratiuum dictum, fabricatur paſſim è ſyrupo, vel melle roſato ſolutiuo, caſſia, tamarindis, diacactolicone, & huiuſmodi alijs, quæ non eradicando, vt dicunt, purgant, & quæ præcipuè ſcammoneo carent.

Altero ſubindè die, habita ratione de maiori, vel minori

minori afflictione, quæ ſemper in quacumque medicamentorum exhibitione obſeruanda eſt; præmiſſo necnon etiam aliquo communi clyſtere, ſolet phlebotomia adminiſtrari, niſi ab aliquo contraindicetur.

Quacumque die ſerapia præparantia exhibentur, & vt aiunt, prout humores peccantes ſunt. vndè pro bile, exempli gratia, ſyrupos exhibent cicoriæ, acetoſæ, endiuiæ, & aliorum ſimilium. in alijs verò peccantibus humoribus, alij ſimiles propinantur ſyrupi. Poſtmodum nonnullis alijs tranſactis diebus, ſolent hyrudines hemorrhoidibus applicari, vel cucurbitulæ cum ſcarificatione, vel ſinè, prout à natura demonſtratur.

Vndecima verò, vel decima quarta tranſacta die medicamentum offertur, quod purgans, vel eradicatiuum nuncupatur. & huiuſmodi ex aliquibus conflatur fortioribus pharmacis, cuiuſmodi electuarium de ſucco roſarum apud pharmacopeos reperitur, diaphinicum, confectio amech, vel alia ſimilia, quæq; vt diximus ſecundum humorum diuerſitatem, diuerſa etiam propinantur à medicis.

Purganti pharmaco tandem febricitantis corpore purgato, ſi morbus non ſileat, conſuetum eſt prædicta alterantia medicamenta reiterare, & præſertim cum iuribus. ratio eſt, quoniam æger ferè viribus deſtitutus eget cum medicamento aliquali refocillatione. ideoque medicamenta cum alimento permiſcentur. alterantur inquam huiuſmodi iura herbis, radicibus, ſeminibus, & alijs.

In alimento medicamentũ bonum Hipp. lib. de alimento.

Cum verò febricitantis corpus iterum fuerit alteratum, atq; vt dicunt præparatum, denuò purgans pharmacum exhibetur: præcipuè verò catapotium græcè dictum, & in forma pilularum, quæ etiam eradicando purgent. Sed leuiter tàmen; namque corpus ex

morbo labefactatum, magis conflictari non debet, ſed cautius agendo, pillulæ ſupradictæ offeruntur, & paulatim, ſiuè per epicraſim, vt dicunt, corpus expurgant. ratio autem cur pillulæ hoc temporis propinentur, eſt quià eædem diutius in ventriculo immorentur, vndè & altioribus etiam ex partibus humores educant, ſibi perſuadent recentiores. Et ſic, & iuribus preparando, & paulatim expurgando, tandem vel ſanantur ægri, vel moriuntur.

Multa prætereà alexiteria ægris febricitantibus propinantur. videlicet lapis bezaar, margaritæ, corallia, vtraq; terra lemnia, radix contrieruæ, ſcorzonera, rutacapraria, confectio hyacinti, Alchermes, Theriaca, Mitridatum, & huiuſmodi. quæ omnia præſertim dantur, ad prohibendam aliquam in febribus futuram prauitatem, vel ad tollendam ſi iam acceſſerit.

In quibuſdam veſſicantia quædam dicta partibus affiguntur, et præcipuè capite febricitantis affecto: quandò, huiuſmodi, ex capite humores reuellant, deriuent, vel alijs ex partibus.

Quo verò ad alimenta, vinum niſi purgato, & ſaltem à primo pharmaco, exhiberi non eſt vſus.

Pro cibo gallinaceas carnes exhibent, veruecinas, vitulinas, oua, & huiuſmodi alia, vtque occaſio ſeſe offert.

Inter fructus mala, piraque cocta, pruna, ceraſa acida, fragas, & his cunctis ſimilia.

Et intra hæc eſt præcipuè medicina recentiorum Medicorum, quam ſummatim in diætam, chirurgiam, & pharmaciam quoque diuiſerunt. De diæta igitur, chirurgia, & pharmacia inferius egendum eſt.

CAPVT.

CAPVT PRIMVM.

De diata in ordine ad febres in communi.

TRià ſunt potiſſimum ad quæ iuniores totam reducunt therapeuticam Medicinam: diæta ſcilicet, chirurgia, & pharmacià. curaturus febres primò loco de diæta agendum mihi propono. Atque *Δίαιτα* nomen eſt græcum, quod nulla prorſus habita mutatione, fuit etiam ad latinos tranſlatum. idem inquam ſub hoc nomine latini, atque græci comprehendunt, & quoſcumque apud Auctores nihil eſt aliud ipſa diæta, niſi modus, ratio, vel quædam viuendi regula, & inſtitutio. Sanciuit id Hipp. in lib. de diæta, Gal. centies, & recenter Gorræus in lib. definitionum medicinalium.

Aduertendum tamen eſt huiuſmodi partem medicinæ, ſiue diætam, non eſſe tantummodò ægrorum, vt nonnulli ſibi perſuadent, verum etiam & cunctorum aliorum: cum recta ratio, vel viuendi regula, tum in ægris ſeruari debeat, tum etiam & in ſanis. Vndè Hip. nō modo de diæta ægrorum egit, ſed etiam de diçta ſecundum tempora, & huiuſmodi. quoniam, vt aſſerebam, diçta communis eſt omnibus viuentibus. *Hipp. lib. de dięta, & veteri medicina.* In præſenti verò noſtra ſpeculatione, ſermo erit nobis de diæta febricitantium ſolummodò, & non aliorum.

Aduertendum ſecundò dietæ nomen, vt vulgus putant, perpetuò non ſecum ferre alimentorum diminutionem: quandò, & multis etiam cum alimentis, recta ratio, vel ſupradicta viuendi inſtitutio ſeruari poſſit. Diæta inquiens Hipp. repletione fit, ciborum vacuatione, & potuum. *Hipp 6. epid. ſect 8.*

Tertio huiuſmodi diæta, vt inquit Gal. non modò

morbo labefactatum, magis conflictari non debet, ſed cautius agendo, pillulæ ſupradictæ offeruntur, & paulatim, ſiuè per epicraſim, vt dicunt, corpus expurgant. ratio autem cur pillulæ hoc temporis propinentur, eſt quià eædem diutius in ventriculo immorentur, vndè & altioribus etiam ex partibus humores educant, ſibi perſuadent recentiores. Et ſic, & iuribus preparando, & paulatim expurgando, tandem vel ſanantur ægri, vel moriuntur.

Multa prætereà alexiteria ægris febricitantibus propinantur. videlicet lapis bezaar, margaritæ, corallia vtraq; terra lemnia, radix contrieruæ, ſcorzonera, rutacapraria, confectio hyacinti, Alchermes, Theriaca, Mitridatum, & huiuſmodi. quæ omnia præſertim dantur, ad prohibendam aliquam in febribus futuram prauitatem, vel ad tollendam ſi iam acceſſerit.

In quibuſdam veſſicantia quædam dicta partibus affiguntur, et præcipuè capite febricitantis affecto: quandò, huiuſmodi, ex capite humores reuellant, deriuent, vel alijs ex partibus.

Quo verò ad alimenta, vinum niſi purgato, & ſaltem à primo pharmaco, exhiberi non eſt vſus.

Pro cibo gallinaceas carnes exhibent, veruecinas, vitulinas, oua, & huiuſmodi alia, vtque occaſio ſeſe offert.

Inter fructus mala, piraque cocta, pruna, ceraſa acida, fragas, & his cunctis ſimilia.

Et intra hæc eſt præcipuè medicina recentiorum Medicorum, quam ſummatim in diætam, chirurgiam, & pharmaciam quoque diuiſerunt. De diæta igitur, chirurgia, & pharmacia inferius egendum eſt.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

De diæta in ordine ad febres in communi.

TRià ſunt potiſſimum ad quæ iuniores totam reducunt therapeuticam Medicinam: diæta ſcilicet, chirurgia, & pharmacià. curaturus febres primò loco de diæta agendum mihi propono. Atque *Δίαιτα* nomen eſt græcum, quod nulla prorſus habita mutatione, fuit etiam ad latinos tranſlatum. idem inquam ſub hoc nomine latini, atque græci comprehendunt, & quoſcumque apud Auctores nihil eſt aliud ipſa diæta, niſi modus, ratio, vel quædam viuendi regula, & inſtitutio. Sanciuit id Hipp. in lib. de diæta, Gal. centies, & recenter Gorræus in lib. definitionum medicinalium.

Aduertendum tamen eſt huiuſmodi partem medicinæ, ſiue diætam, non eſſe tantummodò ægrorum, vt nonnulli ſibi perſuadent, verum etiam & cunctorum aliorum: cum recta ratio, vel viuendi regula, tum in ægris ſeruari debeat, tum etiam & in ſanis. Vndè Hip. nō modo de diæta ægrorum egit, ſed etiam de diæta ſecundum tempora, & huiuſmodi. quoniam, vt aſſerebam, diæta communis eſt omnibus viuentibus. *Hipp. lib. de diæta, & veteri medicina.* In præſenti verò noſtra ſpeculatione, ſermo erit nobis de diæta febricitantium ſolummodò, & non aliorum.

Aduertendum ſecundò diætæ nomen, vt vulgus putant, perpetuò non ſecum ferre alimentorum diminutionem: quandò, & multis etiam cum alimentis, recta ratio, vel ſupradicta viuendi inſtitutio ſeruari poſſit. Diæta inquiens Hipp. repletione fit, ciborum vacuatione, & potuum. *Hipp 6. epid. ſect 8.*

Tertio huiuſmodi diæta, vt inquit Gal. non modò

Gal. lib. de bum. com. 2. tex. 2. 3. in 3. epid. tex. 9. Gorreus li. de fin. medicin.

cibum, potumque ſub ſe continet; verum etiam & omnia vitæ inſtituta. cuiuſmodi aer, ſunt, exercitia, venus, ſomnus, vigilia, & ſummatim omnia illa, quę ſex res nonnaturales ab auctoribus enunciantur. Cum autem in præſenti de diæta febricitantium ſit intentio noſtra pertractare, expedit etiam vt ſingulatim cunctæ res nonnaturales perpendantur, vt infra agetur.

CAPVT SECVNDVM.

De aere in ordine ad febres in communi.

Hip li. de aere & lib. de flat vbi vide plur.

MOrtalibus vitæ, & morborum ægrotis ſolus aer eſt author, docebat Hipp. Et alibi, aer maximus eſt in omnibus quæ corpori accidunt & author, & Dominus. Ambiens, inquit etiam Gal. is eſt, ſine quo nec tolli morbus, nec teneri ſanitas poteſt. De aere igitur primò agendum eſt, antequam ad a'ia progrediamur.

Gal. 9. meth. 14.

Paul lib. 1. c. 49 Galen. 1. ſan. tuendæ.

Laudatiſſimus, inquit Paulus, aer eſt, qui exactè purus, is autem nimirum erit, qui non ex ſtagnorum, aut paludum vapore turbidus exurgit, neque ex profundo quodam ſpecu peſtilentem auram exalante prouenit, ità qui ex cloaca quadam magnam ciuitatem expurgante turbidus exit, vitioſus eſt: quin etiam nebuloſus ſimiliter ſanitati non facit, quemadmodum item qui in cauo loco altis vndique montibus incluſus nullam auram recipit. Hoc igitur modo aer omni ex æquo ætati nocet, omnique temperaturæ, ſicut optimus prodeſt. At qualitate varians aer, calore dico, frigiditate, ſiccitate, & humiditate, non ſimiliter vniuerſos afficit: etenim temperatis corporibus aer temperatus vtilis, intemperatis, qui contrariam temperiem habuerit, confert.

Sed

Sed dices, ſi intemperatis corporibus aer qui contrariam temperiem habuerit confert. Ergò febricitantibus intemperie calida & ſicca affectis, aer frigidus, & humidus conferret modò, & non alius; & nihilominus ad aerem calidum, & ſiccum, vel alium ſimilem, interdum ægroti pro valetudine nanciſcenda, a medicis tranſmittuntur.

Reſpōdetur quod ſūpta indicatione à febre vt febris eſt, vtiq; aer humidus, & frigidus febrientibus confert. contraria enim contrariorum remedia ſunt, inquit Gal. & pœculiare febris remedium vt virtute tum refrigerante, tum etiam humectante ſit oportet. ſi autem indicationes ſumantur ab alijs, vt puta à cauſa febris, ab ætate, conſuetudine, vel alijs, pro diuerſitate dictorū, diuerſus etiam aer febricitantibus tribuendus eſt, nec etiam ſemper frigidus, & humidus, ſed vel calidus & ſiccus, vel frigidus, & ſiccus & huiuſmodi. *Gal. 1. acuti com. 1. tex. 18*

Præterea, ex anni autem conſtitutionibus docebat Hipp. in vniuerſum ſiccitates imbribus ſalubriores. Igitur aer ſiccus in febribus maximè conuenit, non autem humidus. *Hip. 3. aph. 15*

Reſp. Hippocratem ſiccitates commendaſſe nunc genericè, non autem ad febres in ordine. & ſolummodò facta comparatione cum humiditatibus. Vel dicemus eundem Hipp. de ſanis intellexiſſe. conferunt inquam ſiccitates in ſanis magis, quam humiditates: ſiquidem ſi vlla ratione accidunt corruptiones in corporibus, id maximè prouenit ex humiditatibus, putrefactionis cauſis ſubiectiuè ab Ariſt. dictis. *Ariſtot. lib. 4. meteor.*

Sunt imbribus ſalubriores ſiccitates quoniam ſiccitas corpus robuſtum facit per Hipp. exiccat enim partes, ſanguinem, & fibras eius, quibus exiccatis robur deindè accidit (vt ſuperius dicebatur) humiditas è contrà corpora relaxans inſalubriora, debilioraq; efficit. *Hip. 2. de diæt.* *Hip. 3. aph. 17*

Venti

Auicen. lib. 1. fen. 2. doctr. 2. cap. 8. Venti meliores ſeptentrionales ſunt, inquit Auic. ſed venti ſeptentrionales ſunt etiam ſicci. Igitur aer ſiccus in febribus melior eſt, iterum dices.

Huic argumento eadem reſponſio valet, quam in præcedenti exhibuimus. aliud nempè eſt genericè loqui, aliud verò particulariter. vtique genericè loquendo tanquam ſicci, ſaniſſimi ſunt venti ſeptentrionales. in ordine verò ad febres interdum non conueniunt, vt etiam de ſiccis conſtitutionibus, & alijs iam iam affirmabamus.

De aere in ordine ad febres etiam agendo, quæritur amplius, an locus maritimus febricitantibus proſit.

Sanè maritimus locus ad ſanitatem maximè commodus, inquit Hipp. Et Ariſt. mare ob placidas aſpirationes ſalubritatem inſignem facit. vndè nauigantes ſemper coloratiores ſunt, quam in paludibus degentes. Quibus authoritatibus Iuſtinus Hiſtoricus, etiam ſe ſubſcribens, cum de Hiſpaniæ regione, ſic loquebatur. Salubritas cœli per omnem Hiſpaniam, æqualiſque aeris ſpiritus, nulla paludum graui nebula inficitur: huc accedunt marinæ auræ vndique. Ex his omnibus manifeſtum eſt aerem maritimum ſanitati quam maximè conuenire. Vndè etiam febricitantibus laudandus ſequitur. *Hipp. lib. præcept. in fine. Ariſt. 1 parte probl. 54. Iuſt. li. hiſt. 44*

Hip. 2. de dieta. Ex altera parte venti ex mare in regiones illabentes ſicciores ſunt, Hipp. edocuit, ergò etiam aer maritimus quodammodò ſiccior erit; cum venti nihil aliud ſint quam aeris vnda fluens. Sed ſic eſt quod febris calida, & ſicca eſt affectio. Ergò aer maritimus non conuenit; iuxtà illa propè, contraria contrariorum remedia ſunt. *Quid venti Seneca 5. natural.*

Huiuſmodi autem hinc indè omiſſis rationibus, maritimi flatus in febribus, vt febribus, non conueniunt, ego reſponderem: ſunpta verò indicatione ab alijs,

nempè

nempè à cauſis, vel alijs ſimilibus, interdum optimi ſunt.

Iiſdem de ventis maritimis Plin. in vniuerſum ſic loquebatur; Quibuſdam locis afflatus maris noxij ſunt, in plurimis ijdem vtiles; quibuſdam ſatis è longinquo aſpicere maria iucundum, proprius admouere ſalis halitum inutile, ſimilis, & fluminum, ſtagnorumque ratio: nebulis adurunt, at eſtuantia refrigerant, opacitate, atque etiam rigore gaudent, quæ diximus: quarè experimentis optimè creditur. *Plin.lib.7.c.4*

Sed omiſſis maritimis flatibus, accedit ſupradictis dubitatio altera, vtrum in febribus mutare aerem conueniat nec ne? namque pro parte negatiua, mutationes locorum morbos faciunt Hipp. edocebat. Igitur febribus mutatio aeris haud conuenit, inſurget aliquis. *Hipp. lib. de octimeſtri partu.*

Sed ex altera parte idem Hippocr. in morbis longis mutare terras optimum eſt, edocebat: atque Celſus Hippocr. ſimulacrum, peſſimum cœlum aſtipulatus, fuit, quod ægrum fecit, adeò vt in id quoque genus, quod natura peius eſt, in hoc ſtatu ſalubris mutatio ſit. ita quod mutatio aeris in febribus etiam atque etiam conuenit. *Hipp. 6. epid. ſect.4.tex.20. Gal. ibidem. Celſ lib.2.c.1.*

Et hac concluſione ſuppoſita, tres aliæ dubitationes examinandæ ſe ſe nobis offerunt. Primo, vtrum in febribus aerem mutare conueniat in quemcumque. Secundò vtrum in quocumque tempore febris. Tertiò an id faciendum ſit in febribus actu, vel poteſtate longis? Quo ad primum Cornelius Celſus loco ſuperius adducto, videtur velle quod in quemcunque aerem, febricitantibus, mutatio conueniat, his verbis, vt in id quoque genus quod natura peius eſt (de aere loquitur) ſalubris mutatio ſit. aer verò natura peior ille eſt, qui à Paulo, & Gal. in præcedentibus recenſetur; qui videlicet, ex ſtagnorum, aut paludum vapore tur- *Paul.lib.1.c.49. Gal 1. de ſan.tuenda.*

bidus

bidus exurgit, qui ex profundo quodam ſpecu peſtilentem auram exalante prouenit, qui ex cloaca quadam magnam ciuitatem expurgante turbidus exit, qui etiam in cauo loco altis vndiq; montibus incluſus nullam auram recipit. hoc igitur modo vitioſus aer omni ex æquo ætati nocet, omnique temperaturę; in hunc tamen aerem etiam faciendam mutationem tanquam ſalubrem Cornelius Celſus laudabat: dummodò tamen adiungerem, mutatio fieri non valeat in alium aerem; ſiquidem. Si quis ægrotet, in aliud ſolum mutatio facienda eſt, dummodò aer ſit contrarius, docebat Galen. vt aer ſit contrarius, inquam, non modò aeri propriæ regionis, verum etiam temperaturæ ipſius morbi, nam ſi is humidus, opus ei erit ſicciori aere, ad quem accedat, & ſic de alijs.

Galen.6.epid. ſect.5.tex.20.

Longè etiam magis, inquit idem Gal. illi qui ſolum vertit, proderit, ſi qua morbus à naturali ſtatu recedit, ad aerem eadem menſura in contrarium vergentem fiat migratio. qui enim morbus parum à naturali temperie ad frigidius progreſſus eſt, aerem expoſcit, qui paulò à mediocri temperie ad calidius declinauerit; qui verò plus pluri in contrarium acceſſu eget.

Gal. ibid.

Peſſimum cœlum quod fœcit ægrum, celſus ſuperius enunciabat. An autem hæc de morbis aereis modò intellexerit? ita vt in his morbis qui ab aere emanant, mutatio ſolum facienda ſit? Profectò haud noua opinio hæc eſt, & idem Celſus in antecedentibus de aere perplura loquutus fuit. Ex tempeſtatibus, inquiens, optimę ęquales ſunt, ſiue frigidæ, ſiue calidæ, peſſimæ quæ variant maximè, quo fit, vt autumnus plurimos opprimat; nam ferè meridianis calor, nocturnis, atque matutinis, ſimulque etiam veſpertinis frigus eſt. & paulò inferius, vbi æqualitas autem eſt, tamen ſaluberrimi ſunt ſereni dies, meliores pluuij, quam tantum

ctum nebuloſi, aut nubili, optimique hieme, qui omni vento vacant, æſtate quibus Fauonij perflāt: ſi genus aliud ventorum eſt, ſalubriores Septentrionales, quam ſubſolani, vel auſtri ſunt. ac tandem peſſimum cœlū, quod fecit ægrum legitur.

Sed quanquam peſſimum cœlum dixerit Celſus, & potius de aereis morbis loquutus fuerit, nihilominus etiam in alijs morbis mutatio aeris conuenit, dummodò tamen is contrarius ſit cauſis morbi, aut alias habeat morbo qualitates contrarias. cum etiam in omnibus morbis aer ſemper concurrat, vel vt cauſa principalis, vel vt concauſa, & ſecundario.

Ideo autem mutationem in febribus faciendam eſſe dicebatur, quoniam, cum Celſo, peſſimum Cœlum eſt, quod fœcit ægrum: huiuſmodi verò ratio, non magis de febribus longis valet, quam etiam de acutis. Ergò nè in acutis etiam mutatio aeris ſit peragenda?

Reſpondetur, cum ratione ſupradicta, quia peſſimum coelum quod fœcit ægrum, vtiq; etiam in acutis mutationem aeris conuenire. non fit autem, nec etiam fieri debet: quoniam plura ſunt alia huiuſmodi mutationem contraindicantia. nempè ſæuiſſima concomitātur has febres ſympthomata, quorum cauſa conflictatis corporibus, & aſſiduè concitatis, aliæ mutationes tentandæ non ſunt, quia eadem corpora ſufferre non valerēt. tum etiam acutæ febres citò decernunt, vndè mutatio in his haud celebranda eſt, cum breue tempus nullam admittat mutationem aeris. ideò non in acutis, ſed in longis febribus, cum Hipp. mutare terras optimum eſt.

Alterum quod ſecundò loco diſcutiendum proponebatur, erat, Vtrùm mutatio aeris conueniat in quocumque tempore febris? Et quidem cum huiuſmodi mutatio in febribus longis proponatur tanquam vnum

ex medicamentis fortiter mouentibus; cumq; eædem in ipſa mutatione ſumãtur indicationes, atque in omnium aliorum propinatione fortiorum medicamentorum, dicendum eſt non in omni tempore morbi, verum tunc temporis conuenire, quotieſcumq; alia adminiſtrãtur præſidia; nempè circà initia, & fines: cum videlicet cuncta morborum imbecilliora ſunt per Hipp. in aph. Circà initia, ſcilicet, quoniam inchoãtibus morbis ſi quid tibi videtur mouendum moue, docuit Hipp. cum verò conſiſtunt melius eſt quietem habere. In ſtatu ſiquidem corpora febricitantium adeò à morbis conflictata ſunt, vt aliam aeris mutationem ſimul & ſemel ſufferre non valeant, propterea tunc temporis melius eſt quietem habere Hipp. edocebat.

Hip. 2.aphor. 30. *Hipp. 2.aphor. 29.*

Tertio vtrum in febribus quomodolibet longis mutatio aeris celebranda ſit, heſitabatur?

Namq; morbi alij natura longi ſunt; alij potentia, alij verò actu. Morbi natura longi, & qui neceſſario longitudinem ſecum ferunt, deſcribuntur ab Hipp. in 1. de morbis. vtputà tabes, diſſenteria, podagra, affectiones fluidæ circà articulos, pituita alba, coxendix, vrinæ ſtrangulatus, in ſenibus nephritis. mulieribus verò fluxus ſanguinolentus, hemorrhoides ani, fiſtulæ. inter febres quartana, quintana, ſeptimana, & huiuſmodi, à Coel. Aurel. & Aretæo additi affectus. Morbi verò potentia logi, ait Vall. ſunt morbi acuti, vel peracuti, cum hi ex decidentia longi euadere poſſint.

Hipp. 1. epid. ſect. 3. t. 2. 4. 7. Galen. ad Glauc.

Coel et Aret. In tardis paſſ. ſub. Val. in princ. 1. epid.

Actu denique morbi longi ſunt, qui iam deuenere ad dies morborum longorum, de quibus diebus fortaſſe alibi.

His autem ità ſuppoſitis. Dicerem in morbis, vel febribus natura longis, mutationem aeris conuenire circà initia, & fines. In febribus verò potentia longis, non conuenire niſi cum longi facti ſunt.

Et

Et denique in febribus actu longis, earumdem reſpectu febrium ſeper eſſe mutationem faciendam: quamquam interdum,&per accidens abſterreri valeat,cuiuſmodi ſi aliquod ſuperueniat ſympthoma, vel aliqua recrudeſcentia febris, & huiuſmodi, ex quibus contrarium indicetur.

De eadem aeris mutatione, poſtremò vtrum in omni tempore, & quacumque anni parte fieri poſſit à febricitantibus, dubitatur.

Atque ſumpta indicatione à cauſa febris, vel alio ſimili, quatenus mutatio fiat in aerem contrarium, vtique ſemper & quandocumque faciendam, vel fieri poſſe, ego affirmarem: quatenus autem de nonnullis alijs conſideratio habeatur, contrarium aſſerendum eſt. Vndè ſub cane, æſtiuis, vel frigidioribus in temporibus, in longinquas regiones, & huiuſmodi, mutationes aeris à febre affectis celebrari non ſolent. atque optima etiam ratione, vt alibi affirmabatur: nimirum febricitantium corpora,alijs mutationibus ſimul, & ſemel, tanquam morbo labefactata, ſopponenda non ſunt. & hæc de aere in ordine ad febres in communi.

CAPVT TERTIVM.

De alimento in ordine ad febres in communi.

SVB nomine dietæ comprehendebatur præſertim alimentum, ſuperioribus, quod græcè τροφὴ necnon etiam nuncupatur. Quantum verò huiuſmodi alimentum in febrium curatione valeat, in præſenti diſſerere vaniſſima res eſſet, cum id per ſe clarum ſit; & Auctores medicinæ de eadem re volumina nobis pleniſſima reliquerint. Nam & cibos nos alentes medicamenta eſſe putandum eſt, aſſe- *Gal.4. de vſu part.c.5.*

Digitized by Google

Hip. de med. purg. lib. de veteri medicina. aſſerebat Hip. ex cibo omnis vita, & ſano, & ex morbo conualeſcenti, & ægroto. In cibo medicamentum, & huiuſmodi. Inter medicandum, inquit Trall. etiam *Trall. lib. 2. c. 1.* victus rationi, & maximè neceſſariæ, animum adhibere conuenit. Ità quod de febrium curatione agentibus nobis maximè etiam neceſſaria erit huiuſmodi tractatio de alimento.

Et vt incipiamus, alimentum ab alendo dictum eſt, *Hip. lib. de veteri medicina.* ſub ſe continens tres alias ſpecies cum Hipp. nempè cibum, ſorbitionem, & potum.

Cibus alimentum eſt ex fortiori ſubſtantia conſtans. Potus ex tenuiori. Sorbitio verò illorum duorum medium continet.

Cibus ſubſtantia ſicca eſt, quemadmodum potus ſubſtantia humida. Sorbitio deniq; quid tertium ex hu*Hip. lib. de veteri medicina, & affect.* iuſmodi duobus conflatum. Vndè Hipp. qui cibos, inquit, ſuperare non poterant, ſorbitiones inuenere, pauca ex fortibus multa aqua permiſcentes, & robur ipſum temperatura & coctura detrahentes.

Sed huiuſmodi alimentorum tribus ſpeciebus omiſſis, genericeè loquentes, alimentorum adminiſtrandi *Hip. lib. de veteri medicina. Quid alimentum ex Gorrheo in definit. med.* regulas, cum eodem Hipp. experientia ipſa nos docuit. Atque nihil eſt aliud alimentum τροφὴ græcè dictum, niſi quidquid in ſubſtantiam corporis conuerti poteſt. Quæ autem in corporis ſubſtantiam verti poſſunt, cum alia frigida, alia calida, alia ſicca, alia verò humida *Qualia alimenta in feb.* ſint: febribus, vt febres ſunt, atque calidæ, & ſiccę affectiones, nulli dubium, quod alimenta frigida, & humida eſſe debent. Victus enim humidus febricitanti*Hip. 1. aphor. 16.* bus omnibus confert per Hipp.

Quatenus autem, vt dicebamus, febres plures habent, diuerſasq; cauſas, vel accidentia, & alia comotata, diuerſæ etiam qualitatis alimenta requirunt. Vndè *Gal. lib. de cibis boni, & mali ſucci c. 7* Gal. quibus, inquit, ſanguis eſt admodum melancoli-

cus,

cus, humidi, calidique cibi dandi ſunt; quibus verò bi lioſior, frigidi, & humidi; verum vbi pituitoſus exiſtit, cibis tunc opus eſt, qui calefaciendi, ſiccandique vires habeant.

Dictorum præterea alimentorum qualitates, debēt menſura proportionari, & contrariari qualitatibus cau ſarum dictarum febrium.

Neque omnibus vno modo quantum eſſe debet alimentum; verum ea copia alimenta offerenda ſunt, quan tam corpus illius cui offeruntur ſuperare valeat, docebat Hipp. ex quo Gal. inedia, inquit, in valentioribus vtaris viribus, & morbo coctu difficili. largiori autem cibo, vbi vires ſunt debiliores, neq; morbus admodum coqui contumax. Cum igitur ex febribus aliæ peracutæ, aliæ acutæ, aliæ verò longæ ſint. ſic etiam ex alimentis, aliud conuenit, & alia quantitate alimentum febribus peracutis, aliud acutis, aliud denique longis. *Hip. lib. de loc. in homine. Gal. 1. ad Glauc.*

Peracutis conuenit victus exquiſitè tenuis, vel tenuiſſimus. vbi enim morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo victu vtendum eſt. *Hip. 1. aph. 7.*

Acutis, cum eodem Hipp. alimentum tenue conuenit; & ſic in iiſdem aph. victus tenuis, & exquiſitus, vel tenuiſſimus, in morbis quidem longis ſemper, in acutis verò in quibus non conuenit periculoſus legitur. Acuti quibus non conuenit victus tenuis, & exquiſitus (docebat Gal. in commentario) ſunt morbi qui non ſunt peracuti, neq; longi. ergò acuti ſimpliciter ſunt, & com muniter dicti. *Hip. 1. aph. 4.*

In longis denique febribus, alimenta cùm neque tenuiora, neque tenuiſſima conueniant, quæ acutis, & peracutis febribus propinabamus, ideò mediocria exhibenda ſunt. Et propterea cum Hipp. coniectare oportet an æger ſufficiat cum victu perdurare donec morbus *Hip. 1. aph. 9.*

conſiſtat; & numquid prius ille deficiat, nec poſſit cũ victu perdurare; vel morbus anteà deficiat, & hebeteſcat.

Cunctis inſuper febribus eodem tempore nec etiam conuenit alimentum: namq;

Temporibus medicina valet; data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Hipp. 1. epid. ſect. 2. conſt. temp. 3. Opportunitas rei omnis habet caput, docebat Pindarus. & filia Phylonis recenſet Hipp. quia ſeptima die intempeſtiuis cœnauit, mortua eſt. Non igitur eodem tempore, idem conuenit in febribus alimentum. Sed aliud in principio, aliud in augumento, aliud in ſtatu, aliud in declinatione, aliud poſtremò in fine propinandum eſt.

Neque id ſeruandum eſt modò in temporibus febriũ vniuerſalibus, verum etiam in particularibus. Vndè Hip. 1. aph. 11 cum Hipp. In acceſſionibus abſtinere oportet, nam cibum dare nocuum eſt, & quibus per circuitum fiũt acceſſiones, in ipſa acceſſione abſtinere oportet. Hip lib. de affect.

Et quoſcumque ægrotos febres non continenter detinent, ſed intermittentes corripiunt, his cibi dandi ſunt poſt appræhenſionem, itavt coniecturam facias, ne febris à recens accepto cibo irruat, ſed cibis iam con- Celſ lib 3 c 4. coctis. Satius eſt, inquit Celſus, principia cibi à decedente febre, quam reliquias ab incipiente excipi: ità ſi longius tempus ſecundum eſt, quam integerrimo dandus eſt, ſi breue etiam antequam ex toto integer fiat; quo loco verò integritas eſt, eodem eſt remiſſio, quan- Celſ lib. 3. c. 5. ta maxima in febre continua poteſt eſſe, & inferius, Sed his cibus dari debet, ſi quotidiana febris eſt, quæ ex toto deſinat, ſimul atque corpus integrum factum eſt, ſi quamuis non acceſſiones, febres tamen iungun tur, & quotidiè quidem increſcunt, ſed ſinè integritate tamen remittunt, cum corpus ità ſe habet, vt maiore.

remiſſio non expectetur. Si altero die grauior, altero leuior acceſſio eſt, poſt grauiorem. Si verò febres vagæ ſunt, quia verendum eſt nè cibum ſtatim ſubſequantur, quandocumque quis ex acceſſione leuatus eſt, tūc debet aſſumere. Si ex acceſſionibus altera grauior, altera leuior eſt, poſt grauiorem debet dari cibus. Si altera longior, altera breuior, poſt longiorem. Si altera grauior, altera longior, conſiderandum eſt vtra magis affligat, illa vi, an hæc tempore. & poſt eam dandus eſt cibus. Si poſt alteram febrem motio manet, poſt alteram integrum corpus eſt, integro corpore cibo tempus aptius eſt. Si acceſſiones continuātur, protinus inclinata priore dandus cibus eſt: Hoc autem perpetuū ſit, cibum quam maximè ſēper ab acceſſione futura reducere, & hoc ſaluo dare quam integerrimo corpori; quod non inter duas tantum, ſed etiam inter plures acceſſiones ſeruabitur. Et hæc, & huiuſmodi alia reperiuntur apud Celſum, ex quibus etiam colligimus, quod in principiò vniuerſali febrium, alimentum maius eſſe debet, quam in ſtatu, in augumento, quantò magis appropinquatur ſtatui, tantò minus eſſe debet. In ſtatu verò alimentum eſſe debet quantitate valdè minus, quam alijs in temporibus. In declinatione tandem, augeri ſemper debet, & adeò, vt morbus quoquò magis appropinquatur fini, eò magis etiam augeatur, atque poſtremò alimentum in fine morbi ferè plenum exhibeatur.

Et hæc quò ad alimenta in ordine ad febres in communi, in quibus cum Hipp. aliquid tempori exhibendum eſt ſemper, naturæ, ætati, regioni, & conſuetudini. *Hip. 1. de diæta, & alibi.*

CAPVT QVARTVM.

De iiſdem quæ ſuperiori capite dicta ſunt.

DIcebatur primò, ſuperius, alimentum plurimum valere ad febres curandas: contrà ea quæ Aeſculi lapis filis antiquiſſimi medicinæ parentes nos edocuere. Hi etenim, Machaon ſcilicet, atque Padalirus, in curatiore quorumcumque morborum, victus rationem omninò ſpernebant. Et non ſine ratione forſam, inſurget aliquis. namque ex Gal. quod ſuauius, facilius etiam concoquitur, vnde ſalernitana poſtmodum concinit ſchola, quod ſapit nutrit. nulla itaque obſeruatio neceſſaria eſt ex Medico, in alimentis exhibendis: cum natura ipſa ægrorum ad huiuſmodi ſufficiat, ſuauitate, vel ſimilibus alijs.

Plato refert: & Gal.lib.ad Traſybolum.

Gal 2.ad n.facult.c.11.

Secundò bruta, quamquam infirma, iiſdem nutriuntur, quibus anteà veſcebantur, cum ſana eſſent; atq; vt homines reualeſcunt etiam ex morbis, ergo victus ratio neceſſaria non eſt in curatione morborum.

Tertio modus in victu non reperitur certus niſi corporis ſenſus, edocebat Hipp. Igitur ſenſus ægroti elicere debet alimenta, non autem Medicus.

Hipp.lib. de veteri medic.

Parum deterior potus ſiuè cibus, ſuauior autem melioribus eſt præferendus, cum Hipp. Ergò alimenta febrientibus, dummodò ſuauia ſint nihil aliud requiritur.

Hip.2.aph.38

Naturæ per eundem Hipp. ſunt morborum medicatrices; & ex Gal. natura corporis partes fingens, perficienq; fecit, vt ipſæ citrà doctrinam proprias actiones aggrederentur. ad quid igitur obſeruatio medicorum in alimentis offerendis?

Hipp. 6. epid. ſect. 6. tex. 1. Gal. 6. de loc. aff. c. vltimò. Hipp. 2. de victu acut.

Deniq; victus rationem, inquit Hipp. veteres omninò

Hip.lib.de veteri medicina.

nò neglexerunt, & adhuc non peruenit. neceſſaria igitur non eſt dices. *ad Barbaros

Altera ex parte Cœtus Medicorum videntur ſupradictis omninò contrarij: Et Hipp. præſertim, nihil medicina inquit, opus erat ægrotis hominibus, ſi eadem diæta vterentur, & aſſumerent, quæ ſani edunt, ac bibunt. Probè etiam noſſe oportet, quibus ſorbitiones in morbis non conducunt: nam ſtatim vbi hoc fecerint, exacerbantur ipſis febres, ac dolores, & manifeſtum fit, quod aſſumptum morbo quidem alimentum, ac incrementum præbet, corpori verò tabes, & infirmitas. Ergò alimentorum obſeruatio in febribus curandis maximopere quidē neceſſaria eſt: quemadmodum Gal. Auic. & omnes ferè alij auctores in hac ſententia corriuant. *Hip. li. de veteri medicin.* *Hipp. ibid*

Non obſtant verò ſuperioribus quæ dicta ſunt. Siquidem tametſi Aeſculapij filij nullam ſeruauerint in alimentis exhibendis regulam, & penitus hanc medicinæ partem neglexerint; nihilominus eandem ſeruandam non eſſe haud ſequitur: Nimirum, Machaon; & Podalirus, referente Celſo, chirurgiæ ſolum profeſſores erant. & propterea diæteticam medicinam omittebant. Aut cum Gorrhæo, diætam non curabant ijdem, quoniam eò temporis maxima obſeruabatur abſtinentia in cibis aſſumendis. *Celſ. in prœm.* *Gorreus li. de fin dict. diete.*

Sed de huiuſmodi Aeſclepiadis filijs quidquid ſit; licet quod ſuauius facilius etiam concoquitur, vt ſecundo loco obijciebatur: non tamen ſequitur alimentorum obſeruationem in febribus habendam non eſſe, quoniam id quod concoquitur non ſemper eſt bonum. ideò cura medici eſt, vt præter ſuauitatem, bonitatem quoq; ſecum ferat alimentum in febribus. Quod ſapit nutrit verum eſt etiam, ſed non ſemper benè nutrit, vtque bene nutriat diætetica medicinæ pars agit.

L 3 Bruta

Digitized by Google

Bruta eadem ſemper vti dięta primò inficiari poſſet. namque in canibus, & alijs domeſticis animalibus omninò contrarium experitur, non modò, inquam, ijſdem alimentis vtuntur bruta cum ægrotant, atq; dum ſana eſſent: verum ab illis libenter ſe abſtinent interdum, alijs potiuntur, & vſque ád medicamenta etiam veniunt pro conſeruatione ipſorum valetudinis. Vndè

Cicero de nat. Deorum li. 2

Cicero, Auditum eſt Pantheras, refet, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo cum eſſent vſæ non morerētur. Et capras

Cic li. de diui nat.

in Creta feras, confiſsæ cum eſſent venenatis ſagittis, herbam quærere quæ dictamus vocatur, quam cum guſtauiſſent ſaggittas è corpore ſtatimque excidere.

Solin. c. 28.

De Vrſis, inquit Solinus Polyſtor, cum guſtauere mandragoræ mala moriuntur, ſed eunt obuiam ne malum in pernicem conualeſcat, & formicas deuorant ad

Idem c. 21.

recuperandam ſanitatem. Et Cerui dum dictamo paſti excutiunt accepta tela, herbam quoq; quam cynarem vocant, contrà noxia edunt gramina, quemadmodum ſupradictæ in Hircania Panthere aduerſus Aconitum venenum, humana excrementa deuorando reſiſtunt.

Sed etiam ſi inquam exhibeatur, bruta ijſdem veſci alimentis cum egrotant, atque dum ſana eſſent: nihilominus diæteticam medicinæ partem inutilem eſſe in febribus curandis non ſequitur. cum bruta id committant (dici poteſt) quoniam & rationabilia non ſunt.

Ad illud pręterea Hipp. Modus in victu non reperitur certus niſi corporis ſenſus. Reſpondetur de ſanis intelligi, non autem ægris in quibus ſenſus deprauantur.

Parū deterior potus ſiuè cibus ſuauior aūt melioribus eſt pręferēdus obijciebatur etiā, ſed animaduertendum eſt quod parum deterior, inquit Hipp. cuius dictionis

ctionis parum diætetica madicinæ pars iudicium ferre debet.

Naturæ morborum medicatrices, conceditur etiam, Medica arte tamen adiuuante, & quamquam Galen. naturam corporis partes ità conſtituiſſe etiam dixerit, vt ipſæ citrà doctrinam proprias actiones aggrederentur, de proprijs actionibus intellexit Gal. non autem de omnibus. Eligere bonum à malo, alimenta conuenire, nunc, in alio verò tempore malum eſſe, in tali vel tali forma, & huiuſmodi alia, partes corporis ex ſe aggredi non valent, ſed medico indigent, & diætetica arte.

Gal. 6. de loc. affect. c. vlt.

Denique ſi antiqui alimentorum obſeruationem in curationibus ægrorum neglexerunt, cum Hipp. malè egerũt. quemadmodũ & ſi tẽpore eiuſdẽ Hip. medicina ad barbaros non peruenerat, id fortaſsè acciderat, quoniam delata non fuerat; quamquam omni penitus medicina caruiſſe non affirmarem; cum ex Celſo, hec nuſquam quid non ſit, ſiquidem etiam imperitisſimæ gentes herbas, aliaque prompta in auxilium vulnerum, morborumque nouerunt. Et ſic firmiſſima remanet concluſio noſtra, alimentorum obſeruationem, ſiue diętam, etiam atque etiam neceſſariam eſſe, in profligatione morborum.

Celſ in præm. Hip. li de art.

Secundò dicebatur ſuperiori capite cibum conſtare ex fortiori ſubſtantia, ſorbitionem verò ex humidiori, pauca tamen ipſi ſubſtantia admixta fortiori, & ſicciori. quæritur modo, vtrum in febribus pro ſorbitione etiam cibo medicus vti valeat? videlicet exhibeatur febris in qua ex arte ſorbitio conueniat. Vtrum modò ſorbitionis loco & cibum medicus propinare poſſit?

Sanè, inquit Hipp. quibuſcumq; cibis, aut potibus homines ſani in victu vtuntur, ex his oportet præſentibus vti ad ægrotos. Ergò etiam ſi ex arte præcipian-

tùr ſorbitiones, ijs qui cibis veſci ſolebant, cibos eoſdem exhibere poterimus.

Hip. li de aff. Hip lib. de veteri medicin.

Quicunq; verò, è contrà, homines, docebat Hipp. in hac affectione exiſtentes, ſiccum cibum aſſumunt, aut mazam, aut panem, etiam ſi valdè modicum, decuplo magis, & manifeſtius leduntur, quam ſi ſorbitione vſi eſſent, ob nullam aliam cauſam, quam fortitudinem edulii ad affectionem, in quo ſorbore conducit, edere autem non. Itaque pro ſorbitione, cibo vti non poſſumus, nec pro cibo ſorbitione, abſque noxa; namque ſorbitio, vt dicebamus, alimentum eſt prædominio humidum, & per ſe in ſiccis effectionibus conuenit: Si autem ipſius ſorbitionis loco cibum propinetur, cum hic ſubſtàntia ſicca ſit, tantum abeſt vt prodeſſe poſſit, quod potius in aduerſum noceat: ſicca nimirum ſiccis adiungendo, morbus augetur, vndè ſorbitionis loco in febribus æquè benè cibis nequaquam vtemur.

Si autem hec duo, nempè cibum & ſorbitionem quoad quantitatem perpendamus, profectò cibum in febribus exhiberi non valere, affirmarem, niſi decupla portione minorem, cum ratione fortitudinis, ipſa ſorbitione, etiam decupla portione ſit maior.

Non obſtat autem quod Hipp. ſuperius affirmauit: quandoquidem eſtò ægrotis propinari valere quæcunq; ſanis commoda ſunt. huiuſmodi tamen dare oportet, cum Hipp. detracto ipſorum vigore. vndè tametſi cibis veſcerentur, exempli gratia, hi febricitantes, eoſdem nihilominus cibos medicus offerre debet, ſed detracto ipſorum vigore. Si autem vlterius quæras quo modo cibis vigor detrahatur? Diuerſis modis reſponderi poteſt, præcipuè autem, cum Hipp. cum pauca ex fortibus multa aqua permiſcentur; huiuſmodi ſiquidem ratione robur ipſum, & temperatura, & coctura

Hip. li. de aff.

Hip. lib. de veteri medicina & affecti.

coctura a cibis detrahitur.

Dicebatur tertio ſupradictas alimentorum ſpecies qua regula adminiſtrarentur experientiam nos edocuiſſe: nimirum, ægrotis, inquit Hipp. eadem in cibo aſſumentibus, quæ ſani ſolent, non fuit vtile, incœperunt obſeruare quid prodeſſet, quidue noceret, & ex multis denique experimentis veritatem attigere.

Hip lib. de veter medic. Idē docēt Celſ l. 1. Ariſt. in proē. 1 phyſ et quintil. li. 3. oratoriarum. inſtit.

Plutarchus, priſcos illos mortales, refert, palam ægrotos curare ſolitos: eorum vnuſquiſque ſi quid habuiſſet conducibile, quod vel ipſe ægrotans, vel alterum curans comperiſſet, conſulebat ei, cui opus erat. Atque ita ferunt artem experimentis natam, in maius auctam eſſe. Quod idem ſcribit quoque Maximus Tyrius Platonicus; quandò vetuſtiſſimum medicinæ inuentum, ait, his initijs ortum, conſtans eſt fama, eum qui vexaretur à morbo domeſtici exportantes in frequentiſſimo vico ſtatuebant, vt à tranſeuntibus viſus de qualitatibus morbi rogaretur, ità qui tulerat, depuleratque ſimilem morbum, aut medicamentis ſumptis, aut cauterijs, aut inciſionibus, aut tolerantia ſitis, prodito remedio, laborantem iuuabant. Vnde ſeruius ſuper verſu.

Plutarch. lib. cui titulus ſic viue, vt nemo te ſētiat vixiſſe.

Maximus Tyrius ſer. 40

Ille vt depoſiti proferret fata parentis.

Depoſiti, inquit, ideſt deſperati: nam conſuetudo erat, vt deſperati antè ianuas ſuas collocarentur, vt poſſent à tranſeuntibus fortè curari, qui aliquando ſimili laborauerant morbo. Et ſic alimentorũ ſpecies qua regula adminiſtrarentur, experientia nos docuit.

Seruius li. 12. Aeneid.

Quartò ſuperioribus ferebatur ſententia Hipp. primæ particulæ aph. Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè verò pueris, & alijs qui tali victu vti conſueuere. In qua ſententia Dubitatur primò.

Hip. 1. aph. 16

1. Vtrum victus humidus, in febribus, actu humidus eſſe debeat, an poteſtate, an verò vtroque modo?

Secundò,

Secundò, Vtrum victus humidus ſit idem, atque tenuis?

Tertio, vtrum victus humidus conueniat omnibus ſimpliciter febribus, an verò vt alij dicunt, omnibus ardentibus?

Quartò, cur Hipp. de pueris præſertim mentionem fecerit.

Quintò, ait Gal. in com. ideò Hipp. dixiſſe victum humidum conferre omnibus febricitantibus, quoniam febris ſicca eſt. cum autem eadem febris ſit etiam calida, cur igitur Hipp. non dixit victus frigidus, & humidus ſimul?

Hip lib. de ſalubri diæta tex. 7. primo de diæta parte 10.2 de nat. hum tex. & cap. 1.

Sextò Hipp. lib. de ſalubri diæta, & alibi, iunioribus corporibus, ait, victus mollior, & humidior eſſe debet: nam hæc ætas ſicca eſt. Ergò pueris, cum ſint humidi, vtilis eſt victus ſiccus, non autem humidus.

Hip. 4. aph. 59

Præterea idem Hipp. corporibus, ait, carnes humidas habentibus famem adhibere oportet, fames enim corpora ſiccat. Ergò pueris, cum ſint humidi, ſiccus victus, non humidus exhibendus eſt.

Ad primum verò, quod heſitabatur, reuertens, dicerem, quod ſumpta indicatione à febre, quæ calida, & ſicca per ſe eſt affectio, humidus victus tum actu, tum etiam poteſtate eſſe debet. Si autem indicatio ſumatur à cauſa morbifica, vel alio, tunc victum etiam poteſtate humidū exhiberi valere. cuiuſmodi eſtò cauſam febris humidam eſſe, victus ſiccās propinandus eſt.

Ad ſecundum, victus humidus, atq; tenuis non idem ſunt, reſpondetur; cum interdum humidum, & non tenue aſſignari valeat alimentum, & è contrà.

Tertio ſumpta indicatione à febre, quæ calida, & ſicca eſt, victus humidus communiter, confert omnibus febribus, non verò bilioſis modò, vt aliquorum ſententia erat.

Quartò

Quartò Hippocratem de pueris præſertim mentionem fœciſſe, affirmamus. quoniam dubitari poterat, an ijſdem febricitantibus, victus humidus expediat. namque contraria contrarijs curãtur ſententia vulgatiſſima eſt. igitur pueris humidis victus ſiccus exhibendus eſt, contendere poterat aliquis. Vndè Hipp. victum, inquit, humidũ exhibere oportet pueris, tanquam videlicet tacitæ obiectioni reſpondens.

Quinto, dicitur Hipp. de humido ſolum, & non de frigido alimento in hoc aphoriſmo mentionem fœciſſe; quoniam de frigido dubitauerat nemo, atque frigidi alimenti, in febribus, indicatio clariſſima erat; quia verò apud nonnullos contendebatur an febris ſicca eſſet, & ſic non conuenire humidum victum, proindè ad penitus diluendas quaſcumque dubitationes de hoc alimento humido pręſertim Hippoc. in aphoriſm. mentionem habuit. *Vgo Senen. in hoc aph.*

Sextò, alimenta vt nutriunt nutrito ſimilia eſſe debere, docebat Gal. vt verò medicamenta ſunt diſsimilia. Cum itaque Hipp. pueris, & molliori carne conſtatibus ſiccum victum adhibendum eſſe docuit, dicẽdum eſt eo loco eundem propinare vt medicamentum, non autem vt nutrimentum. Et ſic etiam ad vltimam dubitationem reſpondendum eſt. Carnes videlicet humidas habentibus, famem adhibere oportet, quia fames medicina humidi eſſe poteſt. *Gal. 2. art. medic. & Ariſt. lib. de ſpirat.*

Sextò affirmabatur etiam ſuperiori capite, non omnibus quantum vno modo conuenire febrientibus alimentum: verum huiuſmodi nos offerre debere, cum Hipp. ea copia, quantam corpus, cui offertur, ſuperare valeat; erratum, ſiquidem inquit Gal. cuiuſq; cibi immenſura, nocumenta affert maxima. *Hip. lib. de loc. in homine. Gal. lib de venæ ſect. aduer. Eraſiſtr. de curandi rat. per ſang. miſſ. c. 12.*

Sed, de diæta humana exactè quid conſcribere, vt ad ciborum copiam, laborum commenſuratio, ac ſymme-

tria

Hip. 3 de diæta in princ. tria fiat non eſt poſſibile, docebat Hippoc. alibi: multa enim ſunt impedimenta, primum quidem hominum naturæ diuerſæ exiſtentes; nam & ſiccæ ipſæ ad ſe ipſas, & ad alia collatæ magis, ac minus ſiccæ ſunt, & humidæ. ſimiliter etiam aliæ omnes. deindè ætates non iiſdem indigentes, inſuper & regionum ſitus, ventorum mutationes, & temporum alterationes, & anni conſtitutiones. Eſt & inter ipſos cibos multa differentia: triticum enim à tritico differt, & vinum à vino, & reliqua omnia, ex quibus victum facimus diuerſa exiſtentia, impediunt quò minus poſſibile ſit exactè de diæta conſcribere. Refert enim qualis morbus ſit, quale corpus, quale cœlum, quæ ætas, quod tempus anni, & *Celſ. lib. 3. c. 3.* huiuſmodi alia de alimentis, Celſus affirmabat. & propterea (nè in longum nimis orationem deferamus noſtram) Modus in victu non reperitur certus niſi corporis ſenſus, edocebat Hipp. Similiter & de cibi quantitate in præſenti nos affirmabimus: nemò inquam melius, atq; facilius eandem præſcribere poterit, quam ipſemet febrientium ſenſus.

Verum quia (reſponderi poteſt) ſenſus in ægris non *Gal. lib. art. med. c. 85.* ſemper benè ſe habet: propterea Gal. docuit, quod cibi, & potus mediocritas circumſcribitur coctionis perfectione, & excrementorum ſymmetria. prout igitur coctiones perfectæ, vel imperfectæ erunt, prout excrementa bona, vel mala ſe ſe demonſtrabunt; ſic & aliquibus febricitantibus multa, alijs autem pauciora alimenta offerētur. Ergò non omnibus febrientibus vno modo quantum alimentum exhibendum eſt, vt ſuperiori capite dicebatur.

Septimò dicebatur peracutis febribus conuenire victum tenuem, vel tenuiſſimum. In quo loco ſe ſe quatuor diluendæ offerunt dubitationes.

Primò quę febris acuta ſit, quę peracuta, & quę lõga.

Se-

Secundo eadem nè ſit febris peracuta, atque acutiſſima?

Tertio an dentur febres perperacutæ vt Gal. & alijs placuit?

Quarto victus exquiſitè tenuis quis ſit?

Et quoad primam dubitationem, acutus ὀξὺς græcè dicitur, hoc eſt velox, vel celer morbus: Vndè Aurelianus ſiccenſis, Acutus, inquit, vel celer morbus ille eſt, qui in mortem, vel ſanitatem ocius feratur. Et ſanè acutos morbos celeriter moueri non heſitatur. verum tamen eſt nonnullos reperiri morbos, qui tametſi celeriter moueãtur, non tamen acuti nomine induuntur ex medicis: cuiuſmodi ephimeræ febres ſunt; quamquam etenim ſua tempora breuiter tranſeuntes hæ ſint; nihilominus acutæ non appellantur. Et ideò Archigenes (in hac re multum quoque ex Gal. collaudatus) acuti morbi non temporibus quidem ſolis, nudiſque, ſed motu potius, & natura appellandi ſunt, affirmabat. Eſt enim acutus morbus per eundem Archigenem, cui motus velox, & ſubitò pericula aduentãtur. Ergò etiam (vt ad noſtram redeamus hypotheſim) acutæ febres illæ ſunt, quæ citò, & periculosè tranſeunt ſua tempora. Huiuſmodi verò potiſſimum quatuordecim diebus perſolui conſuetum eſt; iuxtà aph. Hipp. Acuti morbi quatuordecim diebus terminantur. Cum verò acutæ febres tales ſint, nempè quibus velox motus, & ſubitò pericula inſurgunt, atque diebus quatuordecim terminari ſolent. Ergò ſequitur peracutas, vel acutiſſimas febres illas quoque eſſe, quibus velociſſimus motus erit, & pericula citiſſimè etiam ſuperuenerint; atq; tandem terminus, vel finis earundem intrà quartum & decimum diem erit. Quemadmodum è contrà longæ febres illæ erunt, quæ vltrà quatuordecim dies terminari ſolent, cum eodem Archigene ſuperius.

Cœl. Aurel. 1. acu. in proem.

Galen. 2. de dieb. criticis.

Hip. 2. aph. 23

Hu-

Corrœus lib. definit. & alij

Huiuſmodi verò tres febrium ſpecies ſunt nonnulli, qui in alias ſegregare ſolent. & ex peracutis aliæ exactè peracutæ aſſeruntur, aliæ verò non exactè. Exactè peracutæ perperacutæ etiam appellantur à nonnullis, & quatuor diebus explere dies ſuos, affirmant; vt non exactè peracutas etiam ad ſeptimum vſque diem protrahi valere.

Et veluti ex dictis aliæ febres exactè peracutæ appellantur, aliæ verò non exactè. ita pariter de acutis, aliquas dicunt exactè acutas, aliquas verò non exactè. & acutæ febres, inquiunt, omnes illæ ſunt, quæ diebus quatuordecim ſupradicto modo terminantur. non exactè verò illas eſſe, quæ vſque ad vigeſimum diem peruenire ſolent.

Quinimò præter has differentias acutarum febrium, etiam tertia à quibuſdam additur, quę ἐκμεταπτώσεως, ideſt ex decidentia, ſiue delapſu, acuta dicitur. & huiuſmodi febris quadrageſimum diem tangere poteſt: licet verè potius longa propriè nuncupari deberet ex Hippocratis aph. Acuti morbi quatuordecim diebus terminantur. Qui ergo morbi dies quatuordecim excedunt, acuti propriè dici non valent, ſed longi. Vndè febres vltra dies quatuordecim, & quæ etiam ad quadrageſimum interdum extenduntur, vt dicebam propriè, & per ſe longæ erunt: cum etiam ſuos mutauerint mores, atque terminos tetigerint longarum febrium. Dicuntur autem acutæ ex decidentia, nimirum acutæ prius erant, nempè acutis ſympthomatibus, atque periculis concomitabantur: nunc verò mutata facie è contra & pericula euaſerunt, necnon etiam tempora longarũ febrium adepta ſunt.

Longæ inſuper, febres, vt dicebam, vltrà dies quatuordecim terminantur: & ex iiſdem aliæ quoque longæ

gæ dicuntur, aliæ verò cronicæ. Longæ terminantur intrà dies à quartodecimo, vſque ad quadrageſimum. Cronicæ verò amplius quadraginta dies pertranſeunt, & interdum plures menſes, vel annos. aliquibus durant.

Secundò loco dubitabatur eadem ne ſit febris peracuta, & acutiſſima. cui dubitationi implicitè ſatiſfactum fuit ſuperioribus. apud Hipp. ſcilicet, idem ſignificare acutiſſimam febrem, atque peracutam, cum græcè eodẽ vocabulo appellentur ab eodẽ Hipp. & eadem alimenta iiſdem exhibeat, vt primò aphor. & alibi ſępè patet. *Hipp. 1. aph.*

Tertio quo modò dentur febres peracutæ, iam etiam declarauimus, licet apud Hipp. huiuſmodi diſtinctio nequaquam legatur. cũ etiam vltrà ſuperlatiuum quid magis aſſignari valeat non reperiatur.

Quartò victum exquiſitè tenuem nõnulli ex Gal. putarunt eſſe omnimodam inediam. ſed verbis Hipp. non conſona dicunt. Vbi namque morbus peracutus eſt, inquit Hipp. extremè tenuiſſimo victu vtendum eſt: vbi verò non ſed pleniorem victum contingit adhibere, & quæ ſequuntur. Ecce igitur in præſenti victus exquiſitè tenuis, comparatur victui pleniori. *Gal. 1. aph. 4. Gorræus lib. defin. & alij. Hip. 1. aph. 7.*

Vndè ſi in his victus plenior conuenit, videlicet in quibus morbus non adeò peracutus eſt, & non valdè extremi adſunt labores: in acutiſſimis conueniet victus valdè minus plenus, & per conſequẽs, aliquod conueniet alimentum, non verò nullum, neque extremè tenuiſſimus victus ſignificat omnimodam inediam, ſed è contrà aliquam, & ſi minimam. Notandum eſt amplius dictionem extremè in præſenti aph. fuiſſe additam ex Hipp. ad maiorem efficaciam orationi ſue cumulandam; non autem incluſiuè extremè intellexit, & quià nihil in febribus acutiſſimis exhibendum docere voluerit,

Digitized by Google

voluerit, quandò per dies quatuor in huiuſmodi morbis nihil penitus alimenti aſſumere, valdè eſſet pericu-

Gal. 10. meth. 3. 4. & alibi.

loſum, & Gal. ipſe cum ergà diatritarios, id maximoperè redarguit.

Octauò ſuperiori capite in medium ferebatur etiam ſententia ſeptima primi libri aph. Hipp. videlicet, vbi ergo morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo victu vtendum eſt: vbi verò non, tantum cibi indulgendum eſt, quanto morbus extremis eſt mollior, quæ verba nihil aliud ſonant, niſi victum tenuiſſimum in morbis peracutis, extremos labores habentibus, conuenire ſtatim, in ijs autem morbis, qui neque adeò peracuti ſunt, neque adeò extremos habent labores, victus tenuiſſimus haud conuenit: ſed tantum alimenti magis dandum eſt, quantò morbus extremis morbis mollior erit.

Gal. in com. & 1. de criſib. cap. vltimo.

Vbi igitur morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores. Notandum eſt etiam, hic nomine laboris Hipp. nocumentum intelligere, & quęcumque affectum præter naturam, cum Gal. in commentario.

Sunt verò extremi labores, inquit idem Gal. apud Hipp. ſummi affectus, vel vltima ſympthomata, per quæ ſtatus morbi in eſſe ponitur.

Tantum alimenti magis dandum eſt, quantò morbus extremis eſt mollior, in fine ſententiæ tandem aſſeritur, videlicet tantum alimentum magis dabitur, quantò morbus extremis morbis eſt mellior; hoc eſt quantò ab extremis morbis magis recedet: Dictio ſiquidem illa extremis ſuprà morbos cadit, & non alibi, & hæc quoad intelligentiam prædictæ ſententiæ.

Gal. 9. meth. c. 17.

Contra quam ſic primò dubitatur. Gal. in method. virtutes in morbis ſemper conſeruandas eſſe docuit, igitur in morbis peracutis victus tenuiſſimus non conueniet: cum huiuſmodi virtutes non modò conſeruentur,

verum

Digitized by Google

verum è contrà extenuentur potius, vel diminuantur.

Secundò, multum & repentè euacuare, malum inquit Hipp. in aph. Ergò in morbis peracutis non ſtatim, & à principio tenuiſſimus victus præbendus eſt, cum huiuſmodi agere ſit repentina mutatio, & ab extremo ad extremum corpus mouere. *Hip. 2. aph. 51. 2. acuti per totum.*

Reſpondetur, & primò ad primum quod in contrarium adducebatur, virtutes in morbis conſeruandas ſemper eſſe, ſanè in inficias non ducitur; ſed in ægris diuerſò modo id agendum dicimus, nimirum in ſanis virtutes fortiſſimè ſunt, ideò pleniori alimento conſeruandæ, in ægris è contrà, quia debiles, debili alimento, vel tenuiſſimo victu tutandæ ſunt, cum à multis extinguantur potius vires imbecilles, quàm conſeruentur cum Hipp. exemplo ſeniorum. Senibus, videlicet, pauca alimenta conueniunt, quià à multis extinguntur, Hipp. edocebat. *Hip. 1. aph. 14*

Secundò multum & repentè euacuare periculoſum, vtique verum eſt, mutationes repentinæ periculoſæ etiam. Sed repentinum non dicitur mutare in morbis, quià corpora ægrorum iam ex morbo mutata ſunt, & corpora immota penitus manentia repentinè mutare periculoſum eſt cum Hipp. in acutis. *Hipp. 2 acut. tex. 33. 36.*

Nonò dicebatur ſuperiori capite acutis febribus conuenire alimentum tenue, ex quò propterea ferebatur etiam ſententia altera Hipp. victus tenuis, & exquiſitus in morbis quidem longis ſemper, in acutis verò in quibus non conuenit periculoſus. αἱ λεπταὶ, inquit grecus textus, καὶ ἀκριβέες δίαιται, & quæ ſequuntur. circà quam ſententiam ſciſcitatur primò, vtrum victus tenuis, & exquiſitus idem ſint, an verò diuerſæ ſpecies inter ſe differentes? *Hip. 1. aph. 4.*

Et breuiter me quidem expediens, exquiſitæ diæ-

tæ, dicerem, nil aliud ſunt, quam dietæ actæ cum maxima diligentia, & in ſuo genere omnibus numeris abſolutæ, vt Gorræus lib. definit, aſſerebat, victuſque tenuis, & exquiſitus idem non ſunt ſententia mea; cum tenuis, & non exquiſitus dari poſſit victus, nec non etiam exquiſitus & non tenuis, ſed plenus. plenus victus nimirum cum omni diligentia, & omnibus numeris abſolutus exhiberi valet: Atque prætereà omnis victus poteſt eſſe exquiſitus (quia omnis victus cum extrema diligentia adminiſtrari poteſt) non tamen omnis victus poteſt eſſe tenuis.

Gorræus lib. defin. in verb. ἀκριβὴς

Secundò quæritur, victus tenuiſſimus in febribus acutis cur exhibendus? namq; Gal. in comm. aph. vt vires minuantur, inquit, propterea in morbis acutis diætę exquiſitiſſimæ propinandæ ſunt.

Sed vires morborum hic ego ex Gal. intelligi affirmarem, non autem ægrorum, quorum vires aliàs omnium medicamentorum baſes ſunt, & ſine quibus in caſſum à medicis præſidia offeruntur. Vndè vires conſeruandæ ſunt in morbis, non autem minuendæ.

Cur etiam in febribus longis, & ijs quibus non conuenit periculoſus eſt tenuiſſimus victus?

Percunctanti reſponderē, quoniam per longum tempus conſeruandę ſunt vires; quod ex victu tenuiſſimo præſtari non poteſt; Et ſic, coniectare oportet, Hipp. etiam edocebat, an æger cum victu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat: numquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare, vel morbus anteà deficiat, & hebeteſcat.

Hip. 1. aph. 9.

Poſtremò quotuplex victus ſit etiam quæritur?

Et breuitati conſulendo, Dicimus primò cum Galeno ſpecies victus in totum eſſe tres: nimirum vel plenus eſt victus, vel mediocris, vel tenuis. Plenus, inquam, ὀλίγος græcè, vel vulgaris etiam latinè appellatus, ille eſt,

Gal. com. aph. 4. 1. lib.

eſt, qui per carnes, piſces, panem, & alia huiuſmodi ſolidiora alimenta adminiſtratur. quæ omnia prout maiorem præbent alimoniam; ita etiam plurium differentiarum ſunt, namque vel plenus dicitur victus, vel plenior, vel pleniſſimus.

Victus pleniſſimus celebratur per carnes ſuinas, bubalinas, ceruinas, & alia huiuſmodi valentiſſimi nutrimenti alimenta.

Plenus verò ſympliciter, per alia adminiſtratur, hac tamen latitudine minimè nutrientia: & talia auiculæ montanæ ſunt, piſces ſaxatiles, oua ſorbilia, & his ſimilia, quæ victus ſpecies mediocrem attingit.

Victus denique mediocriter plenus, ſiue plenior ille eſt, qui medium quoque locum obtinet, inter ſummè, nimirum, exiſtat, victum plenum, & diminutè plenum. Et hic etiam victus per carnes hedinas, exempli gratia, fit, gallinaceas, perdiceas, vel alia similia alimenta; quæ tamen minus nutriant ſuina, vel bubalina carne, plus verò è contrà auiculis, & ſorbilibus ouis.

Altera ſpecies victus, ſecundo loco mediocris appellabatur, & huiuſmodi per alimenta etiam fit, non tamen ſolida, ſed liquidiora, vt Medici practicantes affirmant, cuiuſmodi ferculæ multæ præſertim ſunt, ex ouis, ex carnibus, & ſimilibus alijs per ſe plenè autem nutrientibus: quibus in aliam formam deindè redactis, amplius plena alimenta nequaquam dicuntur, ſed mediocriter nutrientia. *Carnem tritã in vino albo bibendam dato inquit Hip. lib de internis affect. in 3. morbo regio.*

Et Hæc mediocris victus ſecunda ſpecies, quemadmodum de alia ſuperiori dicebatur, in tres alias partes ſegregari poteſt: nimirum vel ſummè mediocris victus etiam dicitur, vel diminutè mediocris, vel mediocriter mediocris.

Summè mediocris victus, attingit diminutè plenum

ſuperius deſcriptum, & per carnes, panem, & alia ſimilia in forma liquidiori redacta, celebratur.

Diminutè verò mediocris, attingit victum tenuem, fitque cum ferculis, & alijs, ſed diminutè mediocriter nutrientibus.

Mediocriter tandem mediocris ille dicitur victus, qui medium quoque obtinet, inter hæc duo locum.

Tertia, & vltima victus ſpecies affirmabatur tenuis, & huiuſmodi per nimium etiam nutrientia fit, qualia potiones ſunt, vel alia ſimilia; Diuiditurque etiam hęc tertia, & vltima victus tenuis ſpecies, in tres aliàs partes, vt de alijs ſpeciebus ſuperius dicebatur. Videlicet vel tenuis, vel tenuior, vel tenuiſſimus appellatur victus.

Tenuiſſimus victus iuxtà Gal. in præſenti aph. eſt nihil prorſus exhibere, vel omnimoda inedia, circà quam opinionem ſuperioribus iam diximus ſententiam noſtram.

Tenuis autem victus eſt aliquid exhibere, ſed tenuiter nutriens, tantum ſcilicet exhibere, victus eſt tenuis, quantum vires ſufferre poſſunt, & earundem patrocinio ſufficiens ſit, cuiuſmodi iura dicuntur, cremor ptiſanæ vel alia ſimilia.

Tenuior denique ille eſt victus, qui inter duos ſupradictos medium obtinet, vt de alijs ſpeciebus medium locum tenentibus ſuperius affirmabatur.

Sed his omnibus nunc victus ſpeciebus omiſſis. Dubitatur primò, vtrum panis, caro, & his ſimilia alimenta ſolidiora, in pauca tamen quantitate ſumpta, victus tenuis, vel tenuiſſimus dici poſſint?

Et Vtrum tenuia, vel tenuiſſima alimenta, iugiter tamen ſumpta, victus pleni vices gerere poſſint?

Ad primam dubitionem, quamquam ſuperioribus aliàs in parte ſatisfecerimus: nihilominus, potentaliter,

ter, reſpondemus, alimenta pleniora etiam victus tenuis, vel tenuiſſimi vicem gerere valere, cum panis, caro, & alij cibi virtute polleant interdum tenuè, vel tenuiſſimè nutrendi, formaliter verò panis, caro, & alij cibi ſimiles, nequaquam tenuis, vel tenuiſſimus victus dici poterint, cum forma victus tenuis vel tenuiſſimi liquida ſit, cibi verò, & alimenti plenioris, ſolida, & ſicca vt plurimum.

Ad ſecundum eadem reſponſio erit; formaliter ſcilicet, victus pleni, alimenta tenuiora vicem gerere non poſſunt, ſed virtute, vel potentialiter.

Decimò, affirmabatur etiam ſuperiori capite, in febribus longis non conuenire neque victum tenuem, neque tenuiſſimum, ſed mediocrem, ac tamen, quandò morbus in ſuo vigore conſtiterit, tunc victu tenuiſſimo vtendum eſt, inquit Hipp. Ergò in febribus longis in vigore, ſaltem, tenuiſſimo victu vtendum erit. *Hip. 1.aph.8.*

Reſpondetur præſentem in contrarium adductum aph. Hipp. non quidem de omnibus vniuerſaliter morbis intelligi; verum de illis modò, de quibus in præcedenti aph. (ſeptimo ſcilicet) loquutum fuerat. Vbi, inquit idem Hipp. morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo victu vtendum eſt: vbi verò non, hoc eſt, vbi morbus adeò peracutus non erit, & pleniorem victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum eſt, quantò morbus extremis eſt mollior. In ſequenti dehinc aphoriſmo, Quandò autem morbus (hoc eſt ille morbus qui non adeò peracutus eſt, & cui conuenit pleniorem victum ahibere) in vigore conſtiterit, tunc victu tenuiſſimo vtendum eſt. Et ſic verba illa, quandò autem morbus in ſuo vigore conſtiterit, victu tenuiſſimo vtendum eſt, de particulari morbo proximè dicto intelligenda ſunt: non autem de quocumque morbo: ſiquidem

Vide ſuper hoc aph. adnotationem noſtrã. in vigore aliorum morborum non peracutorum, victu tenuiſſimo vtendum non eſt, ſed tantum cibi indulgendum eſt, quantò morbus extremis eſt mollior. In ſtatu igitur longarum febrium, neque tenuis, neque tenuiſſimus victus præbendus eſt, ſed mediocris, vt affirmabatur: & ſic etiã vſus eſt hodie apud Romanos medicos.

Vndecimò dicebatur etiam cum Hipp. in acceſſionibus febrium abſtinendum eſſe ab alimento: ſiquidem in acceſſionibus abſtinere oportet, nam cibum dare *Hip. 1. aph. 11* nocuum eſt, legitur etiam in aph. Circa quam ſententiam notandum eſt primò dictionem, acceſſionibus, græcè legi παροξυσμοῖσιν: παροξυσμὸς autem exacerbatio latinè dicitur, ex Cornario, & Anutio Fœſio in ſua *Gal in com. li. de morb. tẽp. c. 6. Auic. c. de boris febr.* Oeconomia Hipp. Quæ amplius exacerbatio Galen. in com. eſt totius circuitus tempus deterius ad vigorem vſque. Inſultus, nimirum, principium, augmentum, atque ſtatus, exacerbatio morbi aſſeruntur: quod reliquum eſt declinatio, & finis. In acceſſionibus igitur abſtinere oportet nam cibum dare nocuum eſt τὸ προστιθέναι γὰρ βλάβη: dictio προστιθέναι de alimento genericè legenda eſt, non autem de cibo ſolum alimenti ſpecie, per eundem Fœſium loco ſuperius dicto.

Gal. 10. meth. 3. 4. Sed dices, Galen. in meth. etiam in acceſsſione febrientibus alimenta exhibuit, ergò in acceſſionibus non ſemper abſtinendum eſt.

Reſpondetur, Galen. in meth. propinaſſe ægris alimenta non vt alimenta ſunt, verum vt medicamenta, & in ijs tantummodò, quorum naturæ ad calidum, & ſiccum vergentes ſunt, in quibus multa bilis generatur, quę tandem in acceſſionibus ad ventriculi os regurgitans, interdum etiam chardialgias excitat: vndè pro corroboratione oris dicti ventriculi, non alimenta multa, non plenè nutrientia, at micam panis vinó madidam, vel aliud ſimilè modò Gal. exhibebat.

Prætereà

Præterea exacerbationem, dicebatur ſuperius, conſtare inſultu, principio, augmento, & ſtatu morbi; ſciſcitatur nunc, in quo ex his temporibus alimenta offerre maius ſit malum?

Huic petitioni, ſententia mea, ſatisfœcit plenè Cornel. Celſ. his verbis: Cum verò febris inſtet, incipiat, augeaturque, conſiſtat, decidat, deindè in deceſſione conſiſtat, aut finiatur: ſcire licet optimum cibo tempus eſſe febre finita: deindè dum deceſſio eius conſiſtit: tertio ſi neceſsè eſt quandocumque decidit, cœtera omnia periculoſa: ſi tamen propter infirmitatem neceſſitas vrget, ſatius eſſe conſiſtente iam incremento febris aliquid offerre, quam increſcente, ſatius eſſe inſtante quam incipiente, cum eo tamen, vt nullo tempore is qui deficit non ſit ſuſtinendus. *Celſ. lib. 3. c. 5.*

Duodecimò aliquid etiam tempori, in diæta conſcribenda, exhibendum eſſe dicebamus, naturæ, ætati, regioni, & conſuetudini.

Tempori, inquam, quià medela tempore conſiſtit per Hippocrat. & aliud vere, aliud in æſtate, aliud in autumno, vel denique hieme conuenit hominibus alimentum. Hipp. de diæta ſecundum tempora nonnumquam egit. Et in aph. Ventres hieme, & vere natura calidiſſimi ſunt, legitur, & ſomni longiſſimi, quarè per ea tempora copioſiora ſunt exhibenda alimenta. Theodorus denique Priſcianus, in febribus, ait, generaliter omnibus, vnum magnum remedium cunctorum cautum eſt auctoritate, præcipuè ſeruire temporibus. poſſunt enim in ijs officere, quæ æquè vtilia iudicarentur, ſi in competenti tempore ſuggerantur. *Hip. lib. præcept.* *Hip 3. de diæta, & alibi.* *Hip. 1. aph. 15* *Theod. Priſcianus c. 1. li 2. ad Thimoth. fratrem.*

Naturæ etiam aliquid exhibendum in curatione febrium, quoniam naturæ morborum medicæ, & qua repugnante irrita omnia fiunt cum Hipp. Naturarum, *Hipp. 6. epid. ſect. 6.* *Hip 3. aph. 2.*

inquit idem Hipp. aliæ quidem ad hyemem, aliæ vero ad æſtatem benè, vel malè ſe habēt. Inuenies, docebat etiam Gal. qui cucumeres ceù alia multa, quæ homines plerique coquere nequeunt, coquant, ob naturæ, ſcilicet, cum eis familiaritatem, quam nos expoſuimus, demonſtrantes à totius ſubſtantiæ proprietate ſuum cuique animantium generi cibum eſſe familiarem. Aſinis quidem, & æquis paleam, fœnum; hordeum, & id genus alia; Leoni autem crudas animalium carnes, homini tamen has omnes coctas, tum panes ex frumentaceis ſeminibus, vt diximus confectos; atque & helleboro coturnices, & cicuta ſturni citrà noxam veſcuntur, ceù vtriq; eruo boues. Porrò quæ cuiq; coctu facilia, aut difficilia ſint alimenta, aut ex ſubſtantiæ proprietate, aut aliquo ſympthomate per experientiam ſunt diſcernenda. Illud autem perſpicuum eſt, inquit, eodem in lib. Gal. quod quæ corpus habēt compactum, quemadmodum habitum ipſius habent perdurantem, ità ſolidum, ac tenerum, & ob id multum nutrientem cibum aſſumere debent.

Gal. 2. de alimen. facult. c. 16.

Gal. c. 2.

Aetati reſpiciendum eſt etiam in diæta febricitātium. & ætatem ab ætate diſcernere oportet. Vndè Hipp. de diæta ſecundum ætates aliàs edocebat. In aph. Senes facillimè ieiunium ferunt, legimus, ſecundo loco qui ætatem conſiſtētē habēt, tertiò iuuenes, omnium verò minimè pueri, & præſertim, qui inter ipſos ſunt viuidiores. Quartò exhibendum aliquid in curatione febrium, regioni cum eodem ſæpius recordato Hippocrate: Aliud enim in Aſia, inquit Cornelius Celſus, cœli ratio patitur, aliud in Aegypto. In morbo qui plus virium aufert, celerius cibus dandus eſt, itemque eo cœlo, quo magis digerit, ob quam cauſam in Aphrica nullo die æger abſtinere rectè videtur.

Hip. 1. de diæta.

Hip. 1. aph. 13

Hip. 1. de diæta.

Celſ. lib. 3. c. 4.

Denique reſpiciendum eſt in alimentis propinādis con-

conſuetudini: nam conſuetudo eſt altera natura, & quæ conſueta ſunt, & ſi deteriora, inſuetis tamen minus moleſtare ſolent, & ad conſueta tranſire oportet. Maximam profectò vim habet conſuetudo, Gal. aſſerebat, in his quæ ad medicam artem ſpectant, & Ariſt. in probl. quod enim cibo ſolito non veſcantur homines, perindè afficiuntur, ac ſi nullum penitus capiant. Quibuſcumque igitur ſymplicia alimenta afferebantur in ſecunda valetudine, eadem quoque in aduerſa magis conueniunt, vt varia varijs, inordinata inordinatis, condita conditis, & alia huiuſmodi, ijſdem tamen veſci ſolitis exhibenda ſunt.

Gal lib. Hipp. de medica officina com 3. tex. 10.

Ariſt. ſect 8. probl. 1.

CAPVT QVINTVM.

De Potu in ordine ad febres.

ET ſi quæ de alimento febrientium ſuperius diximus, etiam de potu intelligantur, cum ipſemet potus nihil aliud ſit quam tertia alimenti ſpecies; conſtituere nihilominus placuit nobis aliud caput, in præſenti, de potu, in quo videlicet nonnulla etiam, quæ potui vt potus eſt magis propria ſunt, declarentur.

Sunt autem potionum generà ſanè plura, præſertim verò hodiernis temporibus; vino, aqua, vel ceruiſia vtuntur homines: & quoniam idem vinum alijs duabus potionibus, valentius eſt, & vulgare magis, à vino etiã nunc ſpeculari incipiemus; Quæritur igitur primum de vino, vtrum in febribus exhibendum ſit nec ne?

Vinum, inquit Themiſon, febrientibus natura noxium, & antè declinationem ægritudinis aduerſum, docebat Praxagoras. Iam vini, inquit etiam Gal. tum qualitatem, tum quantitatem memoremus, vtpotè quod

Refert Cæl. 1. acut. c. 16. 2

Refert Cæl. acut. 8.

Gal. 7. meth. 6.

Digitized by Google

quod maximam ad talia vim habeat, quando vno hoc
Gal.8.meth.4 in potu vtendum cenſeo omnibus, quibus refici corpus
opus eſt, modò non febricitent. Vt alibi, verum hæc
omnia aſſerebat, iuſtò ſunt calidiora, ideóq; febres accendunt, ita vtique vt vinum. Vinum itaque quod
non ſimpliciter vt calidum medicamentum, ſed vt conueniens nutrimentum corpus calefacit, in febribus ex
Galen 3. de temp. c. 2. Celſ. lib. 3. c. 1. Galen. propinandum non eſt. Vndè Cornelius Celſus
antè Galen. vini ſola abſtinentia cunctos morbos curari
Cic lib. 3. de nat. Deorum. admonebat. Et Tull. Cicero; Quoniam ægrotis, inquit, vinum raro prodeſt, nocet verò ſæpiſſimè, proptereà melius eſt ipſum non exhibere, quàm ſpe dubiæ
ſalutis in apertam perniciem incurrere.

Ex altera verò parte, Conſtat autem, dicebat idem
Gal. 8. meth. 3 Hippocr. 2 de morb. Galenus, non in diarijs modò febribus, verum etiam
in acutis Hippocr. vinum exhibère, In lib. de morb.
idem Hippocr. in febre biliosa, ſed inclinante, vinum
præcipit odoratum. Vinum itaque tum apud Galen.
tum etiam per Hippocr. & alios, in febribus tutò exhiberi poteſt, vt etiam experientia, vel vſus demonſtrat.

Neque obſtant quæ ſuperius è contra inijciebantur,
ſiquidem non ſemper, at aliquandò vinum febrientibus
non conuenire probant.

Suppoſito autem, vt etiam veriſſimum eſt, quod vinum in febribus adminiſtrare conueniat, quęritur nunc
quale vinum eſſe debeat, quantum, cui, quandò, &
quomodò, exhibendum ſit.

Quòad primum eſtò igitur vinum quale ſabinum in
Italia, inquit Galenus Hyrzinum verò in Aſia, ac vt
Gal. 7. met. 6. generatim comprehendam, quod aquoſum quidem
alioqui eſt, cœterum leuiter aſtringit. Aquoſum ſubiungit natura appello vinum, quod tenue eſt, & purum,
& oligoforum, eſt autem oligoforum vinum, quod

ſi

ſi diluatur minimam ſubſtinet aquæ mixtionem, id eſt ſanè imbecilliſſimum, & vt in vinis aquoſiſſimum: nam quod plurimum aquæ in mixtura ſubſtinet, id tum vehementiſſimum, tum validiſſimum eſt;eiuſmodi vinum Hippocrates oenodes ideſt vinoſum nominat, verum ab hoc cauendum quoniam imbecilles vires feriat.

Vina igitur aquoſæ ſubſtantiæ eſſe debent, cuiuſmodi vt idem Galenus alibi dixit, Adrianum eſt, Sabinum, Gal. 11. meth. 18.
Albanum, Gaurianum. & Tuſculum, Neapolitanum, & Amineum, vel aliud ſimile,

Sed notandum eſt cum vina aquoſa ex Hipp. & Gal. Hipp 2. de morbis.
aſſerun tūr,non quidem natura ſua aquoſa intelligenda ſemper, ſed quæ etiam arte talia interdum fiunt: nam in cura pleuritidis vinum album (aſſerebat etiam Hip.) bibat, vinoſum,parum, aquoſum, hoc eſt valdè dilutum, vt græca verba ſonant. καὶ πινέτω οἶνον λευκὸν οἰνώδεα ὑδαρέα ὀλίγον.

Sed dices in febre nō ex bile vinum exhibet Hip.meracum:Ergò in febribus non ſemper aquoſum eſſe debet. Hip. 2. epid. j. 6. circà finē.

Reſpondetur non implicare vinum aquoſum, & meracum ſimul eſſe. quia vinum aquoſum, & meracum præter conſuetudinem de repentè potatum aſſerebat Hipp. in acutis. Et quamquam non ex bile fe- Hip. 1. acut.
bricitanti vinum meracum exhibuerit Hipp. idem, huiuſmodi non tanquam alimento, & potu, ſed vt medicamento vſus fuit, ad laſſitudinem videlicet repellendam, & alia ſimilia eo caſu febrium cauſæ non bilioſarum.

De qualitate vini in febribus agendo quæri etiam poſſet, an dulce eſſe debeat, vtrum auſterum vel aſtringens, an denique acidum?

Et quidem circa primum quæſitum, ſi verò cubans Gal. 12. meth. 4.
per ſanitatem, aiebat Galenus, dulcibus vinis inſueuit, huic nihil prohibet dulcius phalernum exhibere; itaq; conſue-

conſuetudini de hac re ſtandum eſt.

Sed non à conſuetudine indicatione ſumpta, at genericè loquendo dulce vinum in febribus, vt febribus, & calidis affectibus, ſententia mea exhibendum non eſt.

Gal. lib. de att. victus rat. cap. 12.

Nimirum dulcia calida ſint potius apud nonnullos; & cum Gal. ſanguinem craſſum gignant, excrementoſaq; ſunt, & facillimè accenduntur.

Quò verò ad ſecundum quæſitum, vtrum conueniat vinum auſterum, paullo antè ferè declarauimus, cum de vino oligoforo ageretur; oligoforum, inquies Galenus, vinum, quod ſcilicet leuiter aſtringit eſſe debet, hoc eſt leuiter auſterum.

Ad tertium, vinum acidum febrientibus nequaquam conuenire affirmamus (vt potum tamen, cum aciditas ſtomaco inimiciſſima ſit) vt verò medicamen non negatur.

Petronius. li. 5 de ſanit. tuē da cap. 13.

De qualitate amplius vini agentibus nobis quæritur prætereà, vtrum nigrum, an verò album, vel rubrum febrientibus conueniat? Cui petitioni Alexander Petronius breuiter ſatisfecit his verbis Hippocr. ſcriptum reliquit ex vino tum albo, tum nigro ſubitam à conſuetudine mutationem lædere, vbi tamen ad hoc vel ad illud indifferẽs eſt homo, nihil refert nigrum an album ſit, modò cætera ſint paria.

Gal. lib. de nat. facult. c. vltimo.

Sed dices, Galenus ipſorum verò vinorum aſſerebat quod album eſt, & purum, tenuitatis gratia promptè in corpus digeri, ſicut è contrario nigrum, & turbidum craſſitudinis vitio per viam hærere & tandari. Ergo haud vinum in febribus propinandum eſt nigrum.

Reſpondetur Galenum in præſenti vinum nigrum damnaſſe, non vt tamen nigrum, ſed vt nigrum, & craſſum ſimul; vt è contrà vinum album extollebat,

non

non vt album ſimpliciter, ſed vt album; & tenue, non verò craſſum. Vinum itaquè vel album, vel nigrum ſit in febribus exhiberi poteſt, dummodò cætera ſint paria: dummodo inquam cætera febrium vel ęgrotantium ipſiusq; vini conſpirent.

Secundo loco quod de vino quærebatur erat quantum in febribus exhibendum ſit: Namq. Galeno referente, Theognis aiebat, vinum multum epotum malum eſſe, ſi verò quis ipſum ſcitè bibat non malum, ſed bonum. Paulus Aegineta, vino neque viribus corporis vtilius aliud aſſerebat, neque aliud voluptatibus perniciosius ſi modus abſit. Vinum, inquit Mneſtheus apud Atheneum mortalibus dij præbuere quo nihil perniciosius ſi modus abſit, at ſi quis rectè vtatur nihil, & animis, & corporibus vtilius. Huiuſmodi quamquam de ſanis dicerentur à relatis auctoribus, nihilominus etiã in ægris intelligi poſſunt; ſi quis, inquam, in febribus rectè vino vtatur maximè vtile erit vt è contrà inutile non rectè vtentibus.

Gal. an animi mores ſequantur corporis tempe-raturam. Paul lib. 1. c. 95.

Sed dices quisnam erit vini rectus vſus in febribus? Sanè difficilè eſt eundem præſcribere, cum ætas, tempus, conſuetudo, vel aliud ſimile diuerſum requirant potandi vini vſum, vndè conſuetudini ſtandum eſſe in hoc præcipuè reſponderem: ſecundum varias videlicet hominum conſuetudines vario modo in febribus vino vtendum eſt. In vniuerſum præterea ego dicerem quantitatem vini in febribus tantam eſſe debere, quanta ſufficiens ſit ad vires conſeruandas, tùm etiam refocillandas; proportione tamen ſemper habita ad magnitudinem, ad naturam, tempus, ætatem, regionem, conſuetudinem, vel aliud ſimile, tum febrium earundem, tum etiam ipſorum febricitantium, quę res medicorum prudentiæ ſupponendæ ſunt. Et hæc in communi de quantitate vini ſufficiant in ordine ad febres.

Minus autem generaliter loquendo, qui ex laboribus febrierint vinum potare quantum poſſunt conuincere, ſunt permittendi, inquit Gal. at qui imbecilliori ſtomaco ſunt prædití, ijs paullum vini propinare præſertim aquoſi, quale etiam eſt Cnidium, Samium, & Sareptinum, nullum autem vinum ſit vetuſtum; nam præter quam quòd caput non nihil feriat etiam vaporis quippiam ad ſuperiores partes affert. Tertium deindè, quod ſuperioribus de vino quærebatur, erat cui febrienti ſit offerendum: Nam interroganti, inquit Gal. an vinum febricitantibus ſit exhibendum, reſponderi debet, quod huic quidem alicui dandum ſit. vt inquam talibus febricitantibus, vinum propinandum eſt, non tamen cunctis febrientibus, cum per ſe calidæ, & ſiccæ febres ſint.

Galen. 1. ad Glauc. c. 3. Trall. lib. 1. c. 10.

Gal. 9. de Hip. & Plat. placit. circa fin.

Plin. in ſuis naturalibus, non dandum eſt, inquit, in febre vinum, niſi veteribus, nec niſi declinante morbo: in acutis verò periculis nullis, niſi qui manifeſtas remiſſiones habeant, & has noctu potius, nec à partu, abortuuè, nec à libidine ægrotantibus, nec in capitis doloribus, nec quorum acceſſiones cum frigore extremitatum fiant, nec in febre tuſſientibus, nec in temporum, neruorumque doloribus, vel faucium.

Plin. lib. 23. c. vlt.

Vinum, docebat etiam Gal. prohibet Hipp. in calidis temperamentis, idq; non modò febrientibus, ſed etiam per ſanitatem.

Gal. 8. met. 3.

Cum de febre ephimera alibi loqueretur; Vinum quoque affirmabat, ſinè formidine ad potandum exibe, adhibito tamen pro tempore modo.

Galen. 1. ad Glauc. 2.

Qui ira, vel mœrore aliquo, aut cogitatione febricitant, his vinum eſt exhibendum, & qui furore perciti fuerint, quandò omnino ab affectu quieuerunt, prius verò periculoſum vti vino.

Gal. ibid. c. 3.

In febre tertiana exquiſita, ex vino antequam morbus

Galen. 1. ad Glauc. c. 9.

bus coquatur omninò abſtinendum ; at vbi concoqui cœperit dandum eſt ab initio tenue, aquoſum, & paucum; vbi verò iam propè eſt, vt ſoluatur morbus, amplius eſt offerendum.

Ibidem de quartana febre, vino, inquit, Gal. vtendum eſt albo, ac tenui, & mediocriter calido. *Gal. ibid. c. 11*

In methodis, æquidem, legitur, febricitantes aliquos oſtendi tibi maximè ex ijs, qui è longo morbo conualuerant, quorum cum vini fortè futura occurriſsẽ, qui mox ante horreſcere cœpiſſet, vt rem expoſuiſſet, dato ex vino diluto pane, continuò horrorem inhibui. Alios verò, qui prius ſe domum ſuam recepiſſent in ipſo principio horroris, vel poſterius cibauimus: atque vt ſemel dicam, quibus incipientis adhuc acceſſionis aderant ſympthomata, ijs omnibus panem ex vino diluto, ac calente maturè exhibens, horrorem ſtatim inhibui; quantò verò hos citius cibaueris, tantò ſcilicet magis febrem prohibueris. *Gal. 10. meth. c. 4.*

Et alibi; Cœterum vbi magnitudo febris obſtat, ſicut in continuis, nec vino eſt vtendum, nec lauacro. At ſi mediocris eſt febris, & vires non validæ, ſed cum notis concoctionis, ijs qui ità ſe habent balneum prodeſt, & vini potio. oſtenſum præterea eſt ipſius febris, prout febris eſt, aquam frigidam ſemper eſſe remedium; quò vero ad alia non ſemper, veluti cum ex obſtructione, glutinoſi, & craſſi humoris putredo exoritur, & humorum redundantia eſt in corpore. *Gal. 11. meth. 9.*

Audiamus in hac re etiam Trallianum, Quin, inquiens, & vinum quod ſitim reſtinguat dare phreniticis audendum eſt, in quibus multæ vrgent vigiliæ, & vires ſunt imbecillæ; febres autem non dum vehementiam, neque ardorem habent, ſed quædam concoctio vrinarum in eis quoque apparet: præterea illis potius cum fiducia dandum eſt, qui per ſanitatem quoq; *Trall. lib. 1. c. 13.*

vinum

vinum amare conſueuere, & os ventriculi imbecillum, & natura frigidius obtinent, & omnibus mente alienis conuenit, ſi modicè aſſumatur.

Paul.lib.2.c.18.

Quod ſi verò, ait Paulus, magnitudo febris obſtiterit, neque vino vtendum, neque lauacro, neq; vnctionibus rarefaciendi virtute præditis, ſed aqua frigida his in febribus cõmodè bibitur, niſi quid & hanc prohibeat.

Et hęc quoad cui in febribus exhibendum ſit vinum, ex nonnullis auctoribus ſufficiant.

Sed redeamus ad Plinium, verum quidem eſt vinum veteribus magis conuenire, quam alijs aliarum ætatum febrientibus: ſolummodò tamen ſenibus propinari debere, haud cum Plinio affirmamus: nam & pueris nunc exhibetur vinum, iuuenibus, vel alijs, dummodò tamen ab aliquo non contraindicetur. Cuius etiam rei amplius rationem eſſe puto, quoniam præſenti ſæculo cunctis ætatibus & cuiuſcumque ſexus eſt vinum in vſu; è contrà verò in antiquioribus nonnullis interdicebatur vini eiuſdem potio: cum à Romulo & lege etiam vetitum eſſet, vt refert Plin. Vini vſus inquit Val. Max. olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur, quià proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconceſſam venerem eſſe conſueuit. Olim Romanis fœminis, inquit ſupradictus Plin. vinum bibere aiunt non licuiſſe, imò nec ſeruis, nec etiam liberis à pubertatis tempore ad annum vſq. trigeſimum quintum.

Plin.lib.14.c.11.
Val.Max.li.2.c.1.
Plin lib.14.c.13.& Athen. lib.10.dipnos.

Sed olim inquit Plin. vinum potare non permittebatur fœminis, & ab anno pubertatis, ad annum vſque trigeſimum quintum.. Ergò ſuis temporibus maximè potabatur ex dictis vinum. Igitur non ideò ſenioribus exhibendum laudat, reliquis verò damnat in ætatibus, quoniam ſenes vino conſueuerint, reliqui verò non dicet aliquis

Hæc

Hæc ſanè ratiò Plinio non ſuffragatur; Vndè vinum dicemus conuenire niſi ſenibus cum Plinio, sũpta ſolum modò indicatione ab ætate; non verò ab alijs; namq; alijs de cauſis etiam alijs febrientibus vinum propinare licet. A partu abortuuè ægrotantibus fœminis non licet exhibere vinum ſumpta ſolum indicatione à partu vt partus eſt, & quatenus hic aliquam dicit vnitatis ſolutionem, vel inflammationis periculum, vt verò viribus deſtitutæ ſemper ſunt fęminę parturientes, vel abortum facientes, vel alijs de cauſis, vinum nō modò ijsdē propinare licet, verũ neceſſè eſt interdũ, vt noſtris quoque temporibus maximè vtitur: quãquã optimè dilutũ, pauciferum, & non generoſum eſſe debeat vinum ſupradictum, & circà primos dies partus præcipuè.

Potum eundem vini ſubiungebat Plin. ex libidine ægrotantibus nec etiam conuenire, at ſumpta indicatione à febre, vt febris eſt ego dicerem: vel de immoderata libidine, intellexiſſe, propter nimium motum etiam corpora excalefacientem. Aut quandò vinum ex libidine febrientibus interdicebat Plin. non de actu proprio libidinis intelligebat, ſed de appetitu, vel titillatione ad libidinem qui inquam veneris deſiderio febricitant (quemadmodum Seleuco accidit infando Stratonices nouercę ardore correpto, & alijs) vinum potare nequaquam permittendi ſunt, cum ſanguis ex deſiderio libidinis per calefactus maximè adſit.

Vinum dicebat etiam Plin. non conuenire his, quorũ acceſſiones cum frigore extremitatum fiunt, neq; in febre tuſſientibus, nec in tremore neruorumque doloribus, vel faucium. Cuncta hæc interdum, non tamen ſemper ſeruanda ſunt: ſiquidem, & nullus reperiatur medicorum, qui etiam febribus cum frigore extremitatum incipientibus, febris tamen declinante paroxiſmo, vinum non exhibeat.

quod maximam ad talia vim habeat, quando vno hoc
Gal.8.meth.4 in potu vtendum cenſeo omnibus, quibus refici corpus opus eſt, modò non febricitent. Vt alibi, verum hæc omnia aſſerebat, iuſtò ſunt calidiora, ideòq; febres accendunt, ita vtique vt vinum. Vinum itaque quod non ſimpliciter vt calidum medicamentum, ſed vt conueniens nutrimentum corpus calefacit, in febribus ex Galen. propinandum non eſt. Vndè Cornelius Celſus antè Galen. vini ſola abſtinentia cunctos morbos curari admonebat. Et Tull. Cicero; Quoniam ægrotis, inquit, vinum rarò prodeſt, nocet verò ſæpiſſimè, proptereà melius eſt ipſum non exhibere, quàm ſpe dubiæ ſalutis in apertam perniciem incurrere.

Galen 3. de temp. c. 2. *Celſ. lib. 3. c. 1.* *Cic lib. 3. de nat. Deorum.*

Ex altera verò parte, Conſtat autem, dicebat idem Galenus, non in diarijs modò febribus, verum etiam in acutis Hippocr. vinum exhibere. In lib. de morb. idem Hippocr. in febre bilioſa, ſed inclinante, vinum præcipit odoratum. Vinum itaque tum apud Galen. tum etiam per Hippocr. & alios, in febribus tutò exhiberi poteſt, vt etiam experientia, vel vſus demonſtrat.

Gal.8.meth.3 *Hippocr. 2 de morb.*

Neque obſtant quæ ſuperius è contra inijciebantur, ſiquidem non ſemper, at aliquandò vinum febrientibus non conuenire probant.

Suppoſito autem, vt etiam veriſſimum eſt, quod vinum in febribus adminiſtrare conueniat, quęritur nunc quale vinum eſſe debeat, quantum, cui, quandò, & quomodò, exhibendum ſit.

Quòad primum eſtò igitur vinum quale ſabinum in Italia, inquit Galenus Hyrzinum verò in Aſia, ac vt generatim comprehendam, quod aquoſum quidem alioqui eſt, coeterum leuiter aſtringit. Aquoſum ſubiungit natura appello vinum, quod tenue eſt, & purum, & oligoforum, eſt autem oligoforum vinum, quod

Gal.7.met.6.

ſi

ſi diluatur minimam ſubſtinet aquæ mixtionem, id eſt ſanè imbecilliſſimum, & vt in vinis aquoſiſſimum: nam quod plurimum aquæ in mixtura ſubſtinet, id tum vehementiſſimum, tum validiſſimum eſt; eiuſmodi vinum Hippocrates oenodes ideſt vinoſum nominat, verum ab hoc cauendum quoniam imbecilles vires feriat.

Vina igitur aquoſæ ſubſtantiæ eſſe debent, cuiuſmodi vt idem Galenus alibi dixit, Adrianum eſt, Sabinum, *Gal. 11. meth. 18.* Albanum, Gaurianum. & Tuſculum, Neapolitanum, & Amineum, vel aliud ſimile,

Sed notandum eſt cum vina aquoſa ex Hipp. & Gal. *Hipp 2. de morbis.* aſſerun tũr, non quidem natura ſua aquoſa intelligenda ſemper, ſed quæ etiam arte talia interdum fiunt: nam in cura pleuritidis vinum album (aſſerebat etiam Hip.) bibat, vinoſum, parum, aquoſum, hoc eſt valdè dilutum, vt græca verba ſonant. καὶ πινέτω οἶνον λευκὸν οἰνώδεα ὑδαρέα ὀλίγον.

Sed dices in febre nõ ex bile vinum exhibet Hip. meracum: Ergò in febribus non ſemper aquoſum eſſe debet. *Hip. 2. epid. j. 6. circà finẽ.*

Reſpondetur non implicare vinum aquoſum, & meracum ſimul eſſe. quia vinum aquoſum, & meracum præter conſuetudinem de repentè potatum aſſerebat Hipp. in acutis. Et quamquam non ex bile febricitanti vinum meracum exhibuerit Hipp. idem, *Hip. 1. acut.* huiuſmodi non tanquam alimento, & potu, ſed vt medicamento vſus fuit, ad laſſitudinem videlicet repellendam, & alia ſimilia eo caſu febrium cauſæ non bilioſarum.

De qualitate vini in febribus agendo quæri etiam poſſet, an dulce eſſe debeat, vtrum auſterum vel aſtringens, an denique acidum?

Et quidem circa primum quæſitum, ſi verò cubans *Gal. 12. meth. 4.* per ſanitatem, aiebat Galenus, dulcibus vinis inſueuit, huic nihil prohibet dulcius phalernum exhibere; itaq;

conſue-

conſuetudini de hac re ſtandum eſt.

Sed non à conſuetudine indicatione ſumpta, at genericè loquendo dulce vinum in febribus, vt febribus, & calidis affectibus, ſententia mea exhibendum non est.

Nimirum dulcia calida ſint potius apud nonnullos; & cum Gal. ſanguinem craſſum gignant, excrementoſaq; ſunt,& facillimè accenduntur.

Gal. lib. de att. victus rat. cap. 12.

Quò verò ad ſecundum quæſitum, vtrum conueniat vinum auſterum, paullo antè ferè declarauimus, cum de vino oligoforo ageretur; oligoforum, inquiẽs Galenus, vinum, quod ſcilicet leuiter aſtringit eſſe debet, hoc eſt leuiter auſterum.

Ad tertium, vinum acidum febrientibus nequaquam conuenire affirmamus (vt potum tamen, cum aciditas ſtomaco inimiciſſima ſit) vt verò medicamennon negatur.

De qualitate amplius vini agentibus nobis quæritur prætereà, vtrum nigrum, an verò album, vel rubrum febrientibus conueniat? Cui petitioni Alexander Petronius breuiter ſatisfecit his verbis Hippocr. ſcriptum reliquit ex vino tum albo,tum nigro ſubitam à conſuetudine mutationem lædere, vbi tamen ad hoc vel ad illud indifferẽs eſt homo,nihil refert nigrum an album ſit, modò cætera ſint paria.

Petronius. li. 5. de ſanit. tuẽda cap. 13.

Sed dices, Galenus ipſorum verò vinorum aſſerebat quod album eſt, & purum,tenuitatis gratia promptè in corpus digeri, ſicut è contrario nigrum, & turbidum craſſitudinis vitio per viam hærere & tandari. Ergo haud vinum in febribus propinandum eſt nigrum.

Gal. lib. de nat. facult c. vltimo.

Reſpondetur Galenum in præſenti vinum nigrum damnaſſe, non vt tamen nigrum, ſed vt nigrum, & craſſum ſimul; vt è contrà vinum album extollebat,

non

non vt album ſimpliciter, ſed vt album; & tenue, non verò craſſum. Vinum itaquè vel album, vel nigrum ſit in febribus exhiberi poteſt, dummodò cætera ſint paria: dummodo inquam cætera febrium vel ęgrotantium ipſiusq; vini conſpirent.

Secundo loco quod de vino quærebatur erat quantum in febribus exhibendum ſit: Namq. Galeno referente, Theognis aiebat, vinum multum epotum malum eſſe, ſi verò quis ipſum ſcitè bibat non malum, ſed bonum. Paulus Aegineta, vino neque viribus corporis vtilius aliud aſſerebat, neque aliud voluptatibus pernicioſius ſi modus abſit. Vinum, inquit Mneſtheus apud Atheneum mortalibus dij præbuere quo nihil pernicioſius ſi modus abſit, at ſi quis rectè vtatur nihil, & animis, & corporibus vtilius. Huiuſmodi quamquam de ſanis dicerentur à relatis auctoribus, nihilominus etiã in ægris intelligi poſſunt; ſi quis, inquam, in febribus rectè vino vtatur maximè vtile erit vt è contrà inutile non rectè vtentibus.

Gal. an animi mores ſequantur corporis temperaturam.

Paul lib. 1. c. 95.

Sed dices quisnam erit vini rectus vſus in febribus? Sanè difficilè eſt eundem præſcribere, cum ætas, tempus, conſuetudo, vel aliud ſimile diuerſum requirant potandi vini vſum, vndè conſuetudini ſtandum eſſe in hoc præcipuè reſponderem: ſecundum varias videlicet hominum conſuetudines vario modo in febribus vino vtendum eſt. In vniuerſum præterea ego dicerem quantitatem vini in febribus tantam eſſe debere, quanta ſufficiens ſit ad vires conſeruandas, tum etiam refocillandas; proportione tamen ſemper habita ad magnitudinem, ad naturam, tempus, ætatem, regionem, conſuetudinem, vel aliud ſimile, tum febrium earundem, tum etiam ipſorum febricitantium, quę res medicorum prudentiæ ſupponendæ ſunt; Et hæc in communi de quantitate vini ſufficiant in ordine ad febres.

Minus

bus coquatur omninò abſtinendum, at vbi concoqui cœperit dandum eſt ab initio tenue, aquoſum, & paucum; vbi verò iam propè eſt, vt ſoluatur morbus, amplius eſt offerendum.

Ibidem de quartana febre, vino, inquit, Gal. vtendum eſt albo, ac tenui, & mediocriter calido. *Gal. ibid. c. 11*

In methodis, æquidem, legitur, febricitantes aliquos oſtendi tibi maximè ex ijs, qui è longo morbo conualuerant, quorum cum vini fortè futura occurriſsē, qui mox ante horreſcere cœpiſſet, vt rem expoſuiſſet, dato ex vino diluto pane, continuò horrorem inhibui. Alios verò, qui prius ſe domum ſuam recepiſſent in ipſo principio horroris, vel poſterius cibauimus: atque vt ſemel dicam, quibus incipientis adhuc acceſſionis aderant ſympthomata, ijs omnibus panem ex vino diluto, ac calente maturè exhibens, horrorem ſtatim inhibui; quantò verò hos citius cibaueris, tantò ſcilicet magis febrem prohibueris. *Gal. 10. meth. c. 4.*

Et alibi; Cœterum vbi magnitudo febris obſtat, ſicut in continuis, nec vino eſt vtendum, nec lauacro. At ſi mediocris eſt febris, & vires non validæ, ſed cum notis concoctionis, ijs qui ità ſe habent balneum prodeſt, & vini potio. oſtenſum præterea eſt ipſius febris, prout febris eſt, aquam frigidam ſemper eſſe remedium; quò vero ad alia non ſemper, veluti cum ex obſtructione glutinoſi, & craſſi humoris putredo exoritur, & humorum redundantia eſt in corpore. *Gal. 11. meth. 9.*

Audiamus in hac re etiam Trallianum, Quin, inquiens, & vinum quod ſitim reſtinguat dare phreniticis audendum eſt, in quibus multæ vrgent vigiliæ, & vires ſunt imbecillæ; febres autem non dum vehementiam, neque ardorem habent, ſed quædam concoctio vrinarum in eis quoque apparet: prætereà illis potius cum fiducia dandum eſt, qui per ſanitatem quoq; *Trall. lib. 1. c. 13.*

vinum

vinum amare conſueuere, & os ventriculi imbecillum, & natura frigidius obtinent, & omnibus mente alienis conuenit, ſi modicè aſſumatur.

Paul.lib.2.c.18.

Quod ſi verò, ait Paulus, magnitudo febris obſtiterit, neque vino vtendum, neque lauacro, neq; vnctionibus rarefaciendi virtute præditis, ſed aqua frigida his in febribus cōmodè bibitur, niſi quid & hanc prohibeat.

Et hęc quoad cui in febribus exhibendum ſit vinum, ex nonnullis auctoribus ſufficiant.

Sed redeamus ad Plinium, verum quidem eſt vinum veteribus magis conuenire, quam alijs aliarum ætatum febrientibus: ſolummodò tamen ſenibus propinari debere, haud cum Plinio affirmamus: nam & pueris nunc exhibetur vinum, iuuenibus, vel alijs, dummodò tamen ab aliquo non contraindicetur. Cuius etiam rei amplius rationem eſſe puto, quoniam præſenti ſæculo cunctis ætatibus & cuiuſcumque ſexus eſt vinum in vſu; è contrà verò in antiquioribus nonnullis interdicebatur vini eiuſdem potio: cum à Romulo & lege etiam vetitum eſſet, vt refert Plin. Vini vſus inquit Val. Max. olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur, quià proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconceſſam venerem eſſe conſueuit. Olim Romanis fœminis, inquit ſu pradictus Plin. vinum bibere aiunt non licuiſſe, imò nec ſeruis, nec etiam liberis à pubertatis tempore ad annum vſq. trigeſimum quintum.

Plin.lib.14.c.11.
Val.Max.li.2.c.1.
Plin lib.14.c.13.& Athen. lib.10.dipnos.

Sed olim inquit Plin. vinum potare non permittebatur fœminis, & ab anno pubertatis, ad annum vſque trigeſimum quintum. Ergò ſuis temporibus maximè potabatur ex dictis vinum. Igitur non ideò ſenioribus exhibendum laudat, reliquis verò damnat in ætatibus, quoniam ſenes vino conſueuerint, reliqui verò non dicet aliquis

Hæc ſanè ratiò Plinio non ſuffragatur; Vndè vinum dicemus conuenire niſi ſenibus cum Plinio, ſūpta ſolum modò indicatione ab ætate; non verò ab alijs; namq; alijs de cauſis etiam alijs febrientibus vinum propinare licet. A partu abortuuè ægrotantibus fœminis non licet exhibere vinum ſumpta ſolum indicatione à partu vt partus eſt, & quatenus hic aliquam dicit vnitatis ſolutionem, vel inflammationis periculum, vt verò viribus deſtitutæ ſemper ſunt fęminę parturientes, vel abortum facientes, vel alijs de cauſis, vinum nō modò ijsdē propinare licet, verū neceſſè eſt interdū, vt noſtris quoque temporibus maximè vtitur: quāquā optimè dilutū, pauciferum, & non generoſum eſſe debeat vinum ſupradictum, & circà primos dies partus præcipuè.

Potum eundem vini ſubiungebat Plin. ex libidine ægrotantibus nec etiam conuenire, at ſumpta indicatione à febre, vt febris eſt ego dicerem: vel de immoderata libidine, intellexiſſe, propter nimium motum etiam corpora excalefacientem. Aut quandò vinum ex libidine febrientibus interdicebat Plin. non de actu proprio libidinis intelligebat, ſed de appetitu, vel titillatione ad libidinem. qui inquam veneris deſiderio febricitant (quemadmodum Seleuco accidit infando Stratonices nouercę ardore correpto, & alijs) vinum potare nequaquam permittendi ſunt, cum ſanguis ex deſiderio libidinis per calefactus maximè adſit.

Vinum dicebat etiam Plin. non conuenire his, quorū acceſſiones cum frigore extremitatum fiunt, neq; in febre tuſſientibus, nec in tremore neruorumque doloribus, vel faucium. Cuncta hæc interdum, non tamen ſemper ſeruanda ſunt: ſiquidem, & nullus reperiatur medicorum, qui etiam febribus cum frigore extremitatum incipientibus, febris tamen declinante paroxiſmo, vinum non exhibeat.

In febre tuſſientibus prohibet quoque vinum Plinius ſed tale vinum, non omne dicere, vinum videlicet vinoſum, caput offendens, deſtillationesq; faciens, ac tuſſim, in febre tuſſientibus non conuenit, ſed vinum aquoſum, pauciferum, & ſubdulce.

Tremores neruorum, & dolores vino modico iuuantur, inquit Plin. alibi; Igitur de immodico vſu hic intelliget, quandò vinum in tremore affectis, & neruis dolentibus, prohibet.

Plin. lib. 23. c. 1.

Vndè Gal. hiſce Plinij aſtipulans; Hoc omnium, aſſerebat, eſt vinorum immodico vſui commune, quod neruos tentet, atq; mentem.

Galen. 3 epid. com. 2. agroto 5.

Faucium dolores in febribus vinum denique prohibere valent, quoniam præſentem, vel proximè futuram aliquam inflammationem indicant. Et hæc quo ad Plinium.

Gal. vinum exhibendum, edocebat, in ijs qui ira, aut mœrore aliquo, aut cogitatione febricitant, & qui furore perciti ſunt, quandò autem ab affectu quieuerint. & hac ratione affirmarem, quoniam in huiuſmodi affectibus quam maximè ſpiritus deperduntur; ad eorundem igitur reparationem vinum optimo iure Gal. exhibet, quo nihil vtilius, vel celerius eſt ad huiuſmodi officium.

In febre quartana vinum album, tenue, & mediocriter calidum Gal. etiam laudabat, ratio eſt ſententia mea, quoniam quartana, vt longa febris, ſemper aliquam obſtructionem ſecum ferat: calida verò melius deoſtruūt, quia calidi eſt aperire, frigidi verò conſtringere per Ariſtotelem.

Ariſt. in phyſ.

Trallianus denique vinum conuenire omnibus mente motis affirmabat, ſi modicè ſcilicet ex eo aſſumatur. at huiuſmodi Tralliani in melancholicis tranſeant, cum omni mœrore, & animi angore vinum epotum certiſſi-

mè

me liberet cum Gal. Sed de maniacis non intelligam, cum ex Hipp. vbi capitis grauitatem, vel delirium ſuſpicatus fueris à vino te abſtine habeamus. & per eundem Gal. mania calidus affectus ſit. niſi dicamus Trallianũ hęc affirmaſſe cum iiſdem conditionibus, cum quibus etiam in phrenitide vinum ſuperius laudabat, & interdum cunctis ex medicis propinatur.

Gal. lib. de animi, moruum, & corporis mutua tempe ratura.

Hipp in acuti

Succeſſiuè iuxtà ordinem ſuperius deſcriptum, quandò idem vinum in febribus expediat, declarandum eſt. Gal. ſuperioribus exhibuit vinum in principio etiam febris. Celſus autem è contrà de potione quacunque loquens, vbi frigus in febribus expectatur, inquit, omni potione prohibendus eſt æger, hæc etenim paulò antè data multum mali adijcit. Sed Gal. vt medicamentum vinum in febribus exhibuiſſe dicemus; Celſum è contrà potionem exprobraſſe, vt potionem, & tertiam alimenti ſpeciem. Et ſic non in principio febrium, non in augumento, neque in ſtatu, in quibus temporibus corpora ægrorum valdè calida ſunt, ſed ipſa febre declinante regulariter, vt potum exhibendum eſt vinum, neque etiam in inſtanti, ſed paulatim ad conſuetam quantitatem reducendus eſt æger.

Celſ li. 3. c. 11

Vltimò loco, quod de vino etiam diſcutiendum proponebatur, erat quo modo in febribus offerendum ſit; Quomodò inquam intelligimus vini potionem hic, nimirum vel ſymplex exhibendum ſit, vel alijs vinis mixtum, vel calidum, vel frigidum?

Quoad primum genericè loquendo plura genera vini ſimul miſcere inutile eſt, docebat Plin. & Hipp. mixtionè eadem vinorum vtebatur ad vomitum excitandum; Ergò vina in febribus ad potum miſcenda non ſunt.

Plin li. 23. c. 1. Hipp. lib. de ſalubri diæta.

Ad ſecundum vtrum vina calefacta, an verò refrigerata etiam in febribus eſſe debeant?

Hipp. lib. de locis in homine. Pro prima quæſtionis parte videtur fuiſſe Hipp. quandò febrienti, aſſerebat, potum dabis aquam calidam, aquam mulſam, & acetum cum aqua. Ergò ſi vinum in febribus propinandum eſt, etiam calidum eſſe debet.

Gal. 8 meth. 9 5. & 14. meth. 9. Ex altera verò parte, febris vt calida, & ſicca eſt affectio, remedia expoſtulat cum Gal. tum refrigerantia, tum etiam humectantia.

Vndè vinum actu frigidum eſſe debet non verò calidum pro potu febricitantium. ità tamen eſſe debet frigidum, vt interdum tempore æſtatis etiam niue refrigeratum condonandum ſit aliquibus, & iis præſertim, qui frigide potioni in ſecunda valetudine aſſueti etiam fuerint.

Neque obſtat Hippoc. in lib. de locis in homine calidam potionem febrienti exhibuiſſe: ſiquidem caſus ille particularis eſt, & de febre quadam in particulari erat ibi ſermo Hippocrati.

Secundò loco, ſuperioribus, inter potionum ſpecies enumerabatur à nobis aqua, quæ vtrum in febribus exhiberi valeat controuerti non poteſt. Aquarum verò *Ariſt. ſect. 1. probl. 13. Card lib. de varietate rerum. Celſus lib. 2. c. 19.* multa genera ſunt inquit Ariſt. & Cardanus calidæ, vel frigidæ ſunt aquæ, aſſerebat, dulces, ſalſæ, ſulphureæ, leues, graues, claræ, turbidæ, odoratæ, fœtidæ, odoreq; carentes. Pluuiales inquit Celſus aquæ ſunt, primumq; locum obtinent, deindè fontaneæ, tum ex flumine, tum ex puteo, poſt hæc ex niue, aut glacie, grauior his ex lacu, vt grauiſſimè ex palude ſunt. Earum verò quæ *Ioubert. in Paradox.* in potu aſſumuntur quinque tantum ex Iouberto numerantur, pluuialis, videlicet, fontanea, fluuialis, puteana, & ſtagnans: quarum etiam poſtrema mala cenſetur ex omnibus; aliæ verò vtiles eſſe poſſunt, ſi bonitatis ſuæ notas expleant. Notæ autem bonitatis illæ ſunt *Gal. 6. epid. ct. 4 t. 10. 2. de alim. facult. c. 2. 1. de ſanit. tuen. & alibi.* quæ ex Gal. adducuntur his verbis. Optimam autem

&

& vſquequaque laudabilem aquam appello, quæ omninò limi, odoriſque mali expers eſt: quæque nullam in guſtu qualitatem præ ſe fert, & huiuſmodi. Celſus de optimæ aquæ natura ſcribens, leuis aiebat pondere apparet, & ex his quæ pondere pares ſunt, eo melior quęque eſt, quò celerius, & calefit, & frigefit, quoque celerius ex ea legumina percoquuntur. Eam præterea Paulus frugi eſſe putat, quæ æſtiuo tempore frigidior, brumali verò calidior. Vitruuius aquæ probitatem experiebatur, ſi in vas corinthium, aut alterius generis, quod erit ex aere bono, ſparſa maculam non fecerit. optimam quoque eſſe ſubiungit, ſi in aeno feruefacta, & poſteà requieta, & defuſa fuerit, neque in eius alieni fundo arena, neque limus inueniatur. Aqua itaque, ideſt à qua iuuamur, & quam Celſus ſupradictus, omnium potionum imbecilliſſimam vocauit, quęritur nūc, Vtrum decoctà, vt fieri ſolet, an verò cruda ſit febrientibus exhibenda?

Celſ. li. 2. c. 17.
Paul li. 1. c. 5.
Vitruu. lib. 8. de architect. c. 1. Pallad. lib. 9 rei ruſticę tit. 10.
Celſ. li. 2. c. 17

Fuit ſanè nonnullorum opinio, nequaquam eſſe decoquendam aquam; ſiquidem vi ignis, ſubtiliores partes, melioreſque deperduntur, reliquę verò quæ remanent, terreæ ſunt, craſſiores, magiſque excrementoſę, & per conſequens minus etiam nutritioni idoneæ.

In aduerſum autem, omnis aqua decocta vtilior eſt, in Plin. legitur.

Plin. lib. 31. c. 3.

Galen. inter has contrarias opiniones medium locum dehinc obtinens, ex Hipp. ſententia, inquit, aqua omni culpa carens abſque eo quod concoquatur danda eſt. vitioſa verò è contrà prius concoquenda: nam vt legumina, multa ſubiungit, oleraque, & fructus, & animalium partes coquentes apta cibo reddimus,ità & aquam prius decoquendo ad meliorem naturam transferentes mox bibendam propinare. Et Plin. ſupradictus, aquæ vitioſæ remedium eſt ad dimidias partes coquere, aſſerebat.

Galen. 6. epid. com. 4. tex. 10
Plin. li. 31. c. 3.

bat. Aquæ igitur in febribus nequaquam ſemper coquendæ ſunt, ſed vbi vitioſæ erunt.

Sunt nonnulli, qui loco coctionis, vt melioris conditionis vitioſas reddant aquas, micam panis, vel furfuris portionem in iiſdem imponunt; nimirum panis caliditas, vel aliorum huiuſmodi, cruditatem aquæ, vel alia ſimilia vitia emendare valeat.

Tertiò, & vltimò, inter potiones in ordine ad febres, enumerabatur ſuperioribus ceruiſia, de qua etiam in preſenti vtrum in febribus conueniat necnè diſputandum eſt. Atq; Ceruiſia nomen eſt gallicum, quod Hiſpanis Gelia, vel Cærca nominatur. Hebreis Schechar, vel Sicera: nam Lucas Medicus de Ioanne ſcribens in Euangelijs, vinum, & ſiceram non bibet, aſſerebat. Ex Dioſcoride dicebatur etiã curmis: Apud Aegyptios verò vt refert Plin. Zitum, cuiuſmodi & græcè ζυτός: dicitur autem ζυτός fortaſsè græcè quià ἀπὸ ζύμης, ſcilicet farina, & fermento cum hordeo conficitur. Vnde Virgil.

Luc.c.1.euangel. Dioſc.c.79.li.2. Plin.lib.22.c.vlt.

Et pocula læthi fermenta, atq; acidis
Imitatur vitea ſorbis.

Virg.

Eſt igitur ceruiſia, quam Dyoniſium, ſiuè Baccum inueniſſe referunt, potionis ſpecies ex frugibus, vel alijs confecta. Ex frugibus, inquit Plin. fiunt potus: Zitum in Aegypto, cælia, vel cærea in Hiſpania, ceruiſia & plura genera in Gallia, alijſque prouincijs, quorum omnium ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit, & quæ ſequuntur. De eadem potionis ſpecie, vt puto, Hippocrates ſic loquebatur; Ex quo de potionibus, quæ fiunt ex hordeo, herbis, vua, vel eius corticibus, tritico, cneo, mirtis, malo punico, vel ex alijs quoque rebus quandò ipſis vti conueniat ſeorſum à ſingulis morbis dicemus. Et alibi Nicoxeno (aſſeruit) ægroto potus erat aqua de farina craſſa in ipſa macerata, ſed & de pomis, ſimulq; mali punici ſuccus, & lentis torrefactæ, ac farinæ lotura

plin. ibid. Hipp.3. de victus rat.[in acutis tex.45. Hip.7. epid.

cocta

coćta frigida tenuis ſorbitio, & huiuſmodi; Vnde veluti affirmabamus frumentis, vel alijs quoquè mixtis conficiebatur antiquitus ceruiſia, vt etiam noſtris temporibus fieri ſolet; apud varios nimirum variæ ſint ceruiſiæ præparationes, ergo etiam varia eiuſdem temperamenta aſſerenda ſunt; in vniuerſum tamen Baccius Nęotenicus auctor, ceruiſiam, & huiuſmodi potiones quantumuis ex aqua, & frigidis parentur frugibus, inquit, omnes plus minus varij temperamenti ſunt, ſed communiter calidi ac vini æmulas obtinent facultates. Calidæ verò potiſſimum facultatis eſſe ſubiungit ceruiſias, quæ lupulorum flores amplius admittunt, nec minus hordeum, quod exacta innata ſibi frigiditate concipit ex aſſatione, ac putredine caliditatem, eamquè in ſubſtantiam potionis imprimit, geminatque feruore per ignem adhibito, & quæ ſequuntur. *Bacc. lib. 3. de vinis Italiæ.*

Cum igitur calidi quoquè temperamenti ceruiſia concludatur (ad quæſtionem noſtram redeuntes) febri, vt febris eſt, quæ frigida, & humida indicat, nequaquam conuenire ceruiſiam aſſeremus, niſi ratione conſuetudinis, vel alijs de cauſis, cum de vino agebatur, dictis.

CAPVT SEXTVM.

De motu, & quiete in ordine ad febres.

ABSOLVTO Capite de potu febricitantium, de motu, & quiete nunc tranſigendum ſequitur, quæ duo etiam ad diætam ſuperioribus pertinere dicebamus, & nomine motus nihil aliud hic intelligimus, quam exercitationem, motum nempè quemlibet ob corporis tutelam, vel valetudinis gratià ſuſceptum. Plura autem nomina ſortitus

Hip lib. de medica officina com. 3. t. 25. Hipp. 3. de dieta & lib. de arti. com. 3. t. 104. Hipp 6. epid. ſect. 4.

fuit huiuſmodi motus: nãmque ab Hipp. præſertim, vſus nonnunquam dicitur, his verbis, vſus firmat, otium verò tabefacit. alibi vocatur exercitatio. exercitatio inquiens idem Hippocr. excrementorum copiam minuit, calorem inſitum adauget, & roborat, & ad coquendum aptiorem efficit. In epid. eundem motum appellat laborem; cum ſanitatis ſtudium non ſaturitas cibi, non refugere labores, inquit.

Hip. 2 de die. 11. Ariſt. 7. de moribus ad Nica.

Labores inſuper, vel exercitationes alij ſunt naturales, alij violenti per eundem Hipp. Naturales viſus ſunt, auditus, vocis, curarum, & huiuſmodi. vndè Ariſtot. ſemper laborat animal, inquit, quià videt, audit, & ſimilia.

Celſ. lib. 1. c. 2

Violenti autem labores curſus ſunt, deambulatio, frictio, vnctio, vel tale quidpiam. De iiſdem violentis laboribus, Celſus ità loquitur; commodè verò exercent, clara lectio, arma, pila, curſus, ambulatio, atq; hæc non vtiq; plana commodior eſt. ſiquidem melior aſcenſus quoque & deſcenſus, cum quadam mediocritate corpus moueat, niſi tamen id per quam imbecillum eſt; melior autem eſt ſub dio quam in porticu, melior ſi caput patitur in ſole quam in vmbra; melior in vmbra, quam parietes, aut viridaria efficiunt, quam quæ ſub tecto ſubeſt, melior recta, quam flexuoſa.

Gal. ad Traſib. Gal. 2. de ſanit. tuen.

Huiuſmodi labores, vel violenta exercitia fiebant præcipuè antiquitus in gymnaſijs. atq; gymnaſtica dicebat Galen. eſt quæ omnium exercitationum facultates nouit: locusque erat gymnaſium in publica aliqua urbis regione ſtructus, quo vngendi, fricandi, luctari, diſcum iacturi, aut tale quidpiam facturi confluebant homines.

Sed omiſſis gymnaſijs, vtpotè quæ doctiſſimè exarauerint viri coætanei, & ſua ætate inſignes, Marſilius Cagnatus Doctor meus, & Hieronymus Mercurial. in

proprijs libris: Quæritur hic in præſenti, vtrum exercitia, vſus, vel labores, quomodolibet appellari velimus, in febribus conueniant necne?

Et quidem exercitia, quatenus motum dicunt, calefaciunt, & exiccant per Hippoc. quiquumq; affirmantem, labores vocis ſunt, velut ſermo, aut lectio, aut cantus, hi animam mouent, mota autem ſiccatur, & caleſcit. Exercitatione, docebat etiam Ariſt. & ſanguis; & reliquum corpus exiccatur: omnis etenim exercitatio monet, motus autem vim habet corpora calefaciendi, & exiccandi. omnis deambulatio, inquit amplius Cornel. Celſ. qua exercitatio eſt, ſeu labor, vim habet exiccandi; magis autem ſiccat matutina, & ieiuna, quã meridiana, & à cibo, per inequalia loca, quam per plana, & quæ ſequuntur. Igitur exercitia, vt dicebamus, in febribus quatenus febres ſunt non conuenient; niſi fortaſsè aliqua alia ratione, & ab alijs indicatione ſumpta. Inter cœteras exercitationes fiebant ſupradictis in gymnaſijs balnea, & de balneis exempli gratia in ordine ad febres ſic loquebatur Hipp. Cum itaq; laſſitudo occuparit, & febris, & repletio, lauare multa aqua oportet, & oleo illinire, & quam maximè calefacere, quò caliditas operto corpore præ ſudore ægrediatur. Cœterum affirmabat etiam Galen. vbi magnitudo febris obſtat, ſicut in continuis, nec vino eſt vtendum, nec lauacro, nec ijs quæ habitum rarefaciant, vnctionibus, & huiuſmodi. at ſi mediocris eſt febris, & vires non validæ ſed cum notis concoctionis, ijs qui ità ſe habẽt, balneum prodeſt, & vini potio. Et alibi, Ego verò nec eorum, qui ex putreſcente humore febricitent lauem aliquem, nec relaxantibus cataplaſmatis, priuſquam ſuperuacua purgarint, vtar. quandoquidem, vt ſuperius etiam dixerat, calefacere, & perfuſionibus vti, non eſt perpetuo tutum, ſed in ijs tantum ægris, quibus in toto cor-

Hip. 2. de diæ. *Ariſtot. 31. probl. 14.* *Corn. Celſ. lib. 1. c. 3.* *Gal. 2. de motu muſcul.* *Hip. lib. de loc. in homine.* *Gal. 11. meth. 9. Paul. lib. 2. c. 18.* *Gal. 11. meth. 17. & 15.*

corpore nullum errat ſuperfluum, vel in ijs addiſcentur, cum Homero, qui ex laſſitudinibus, & alijs huiuſmodi febricitant.

Homer. 5. Odiſſe.

Sed omiſſis balneis, vtpotè quæ in ſecunda valetudine non vtantur, vt antea fieri ſolebat, nec etiam ex medicis, ideò præſcribantur amplius, inter alias exercitationes in ijſdem gymnaſijs erant frictiones de quibus frictionibus Gal. ſic loquebatur.

Gal. de puero epileptico.

Atque dignum etiam ſcitu eſt, & frictionem exercitationem eſſe, imbecillioribus præſertim corporibus, proindè primum linteis corpus rubefacere oportet a ſupernis ad inferiora, ſenſim manus deferentes à brachijs manibuſque ſumpto initio, ità deindè ad pectus & ventrem procedendum eſt, deindè & crura exactius fricanda ſunt, ità vt aliquid à ſuperioribus hac defluat, & ſic tandem caput attingere opus eſt; nam ad ipſum ſtatim accedere periculoſum admodum eſt, nimirum vbi adhuc corpus repletum eſt, ad eam partem, quæ primò calefit ſuperfluitates attrahuntur. Frictio, docebat Hippoc. vim habet ſoluendi, deuincendi, carnem progignendi, augendi, imminuendi. Deuincendi quidem quæ dura eſt, ſoluendi quæ mollis, minuendi quæ multa, incraſſandi quæ mediocris. Data itaquè aliqua neceſſitate vnius ex ſuperioribus, vt ſcilicet ſoluere neceſsè ſit, augere, vel imminuere in febribus, nulli dubium eſt, quod frictiones celebrandæ ſunt, vt ſanè temporibus etiam noſtris vtuntur medici, & in febre leuiori præſertim, & longa laborantibus, in quibus corpore euirato, concoctoque morbo, & partim diminuto, frictiones ante cibum quotidiè exhibentur, leuis exercitij tamen loco, & ad reſoluendas materias febrificas, necnon etiam calefactione motus roborandas partes. Et ſic patet quod in febribus etiam exercitia conueniant: exercitia, inquam, moderata, & ad proportionem tum morborum, tum

Hipp. lib. de med. officina com. 3. t. 25.

etiam ęgrotantium,non tamen exercitia illa Prodici,vel Hærodici ſuperius recenſitorum, qui luctationibus, fomentis calidis,circuitibus multis, curſibus,& huiuſmodi, febricitantes potius interficiebant, quam ſanabant. Vnum prætereà cum Galeno ſi fieri poteſt procurandũ eſt; In quacumque exercitatione, videlicet, exercitia quæ celebrantur talia ſint,quæ corpus non ſolummodò exercere poſſint,verum etiam & animum oblectare. *Gal.li.de vſu paruæ pilę c. 1.& 4.& alibi.*

Licet autem exercitationem interdum alicui morbo, & alicui etiam ægroto conuenire dixerimus,non tamen ità locuti fuimus,vt etiam, & quietem in febribus penitus, & omninò neglexerimus: quinimò è contrà in febribus, videlicet, quietem potius, quam motum laudamus: quies etenim non modò non calefacit,& exiccat, vt vſus, exercitium, vel labor dicebantur, ſed è contrà refrigerat, humectatq; cum Hipp. Otium humectat,calor verò exiccat,inquit Hipp.Neque adhoc probandum pluribus indigemus in præſenti auctoritatibus, cum ratio ipſa idem clariſſimè oſtendat; Exercitia, inquam, iam dicebamus,tum etiam probauimus calefacere, necnon etiam exiccare. Ergò quies contrarium peraget, contrariorum etenim eadem eſt ratiò, & diſciplina; Et ſic febricitantes maximè ſunt in quiete detinendi. *Hip.2.de dię.*

Sed dices, quies ex Gal. auget putrefactionem, vt, exemplo etiam veſtium,quæ immobilitate putreſiunt, oſtenditur. Otium,docebat idem Galenus, quieſcentiũ morborum vires reddit imbecilles, effeminatur etiam cuiuſcumq; corpus qui in otio degit ac eneruatur. Hippocr.antè omnes,otium humectat, & corpus debile facit, inquit, cum anima quieſcens humiditatem ex corpore non conſumat.Quies igitur in febribus non conuenit, ipſe dices. *Galen.3.epid. com.3.t.2. Gal. de med. offic.com.3. t. 22.*

Quidquid tamen de his ſit auctoritatibus,ſententia verior eſt in febribus quietem magis, quam motum cõuenire,

uenire,& quæcumque ſuperius à magnis viris dicebantur,de ſanis intelligendà ſunt,non autem ægris.

Neque obſtat otium, vel quietem putrefactionem inducere,corpora debiliora reddere vel aliud ſimile mali facere. ſiquidem etiam ſanis medicamenta interdum venena ſunt: ægris autem exhibita ſanitatem inducunt, & vitæ patrocinium ſunt.

CAPVT SEPTIMVM.

De ſomno, & Vigilia in ordine ad febres.

Auic.li.1.fen. 1.doctr.1.c.1.

SOMNVS Et vigilia ſunt cauſæ permutantes, vel conſeruantes corporis diſpoſitiones, inquit, Auic. cum alijs pluribus medicinæ Doctoribus. & ex Hipp. præſertim primò medicorum parente idem in epidim. manifeſtè colligitur. adeo ſiquidem ſomnum,& vigiliam magni faciebat Hippoc. vt nullius ferè ægri hiſtoriam recenſuerit, in quo, & eorundem quoque mentionem aliquam non fecerit.Vndè febrium curationem, in præſenti agentibus nobis,de ijſdem ſomno,& vigilia diſputandum eſt etiam.

Vtrum videlicet, dormire,an vigilare potius in febribus conueniat.Et quoniam hęc determinari nõ poſſunt, niſi etiam omnis cognitio, ſomni, & vigiliæ prius adipiſcatur: de ipſo ſomno primum quid ſit,quotuplex ſit, à quò fiat, & cuius gratia tranſigendum mihi propono. Dixi autem de ipſo ſomno,quoniam & eodem cognito, cognoſcetur etiam vigilia, cum cognito vno contrariorum, cognoſcatur etiam aliud per Ariſt.& rectum regula ſit ſui,& obliqui.

Ariſt. 1. de anima tex.85 & in prædicam.

Somnus igitur ὕπνος grecè dictus, nihil eſt aliud per Ariſt. quam paſſio primæ ſentientis particulæ veluti vinculum, & immobilitas quædam. In quà definitione no-

Ariſt.lib.de ſomno & vig. c.1.

notandum eſt primò, paſſionem dixiſſe ſomnum Ariſtotelem. non quia tamen res præter naturam, ſymptho ma quoddam, vel aliud ſimile ipſe ſit ſomnus: ſed paſſionem; hoc eſt proprietatem intellexit: conſueuere ſiquidem cum Philoſophi, tum etiam medici omnes, interdum nomine paſſionis proprietates intelligere. Vnde riſibilitas paſſio eſt hominis affirmatur, ſenſibilitas paſſio animalis, & huiuſmodi alia.

Nicolaus Leonic in arg. a1 lib. de longit. & breuit. vitæ.

Paſſio igitur eſt ipſe ſomnus primæ ſentientis particulæ. Circà hanc ſecundam partem definitionis ſomni ab Ariſtot. traditæ, magna ſanè ſemper fuit lis, neque adhuc ſancita inter medicos, & Phyloſophos: ſiquidem Phyloſophi omnes, & Ariſt. duce præſertim, primam ſentiendi partem cor ipſum aſſeuerarunt; medici verò è contra caput.

Sed de hac prima ſentiendi parte quidquid ſit pro nunc (namque inferius id fortaſsè agetur) veluti vinculũ, & immobilitas quædam tertiò loco dixit Ariſtot. vbi dictio veluti ad diſtinctionem veræ immobilitatis addita fuit. namque actu primo dormientia immobilia non ſunt. Quinimò & actu ſecundò etiam mouentur interdum dormientes, vt in noctâbulis apparet; ſed veluti im mobilitas inquit Ariſt. ad ſimilitudinem immobilitatis; quemadmodum ab illo altero ſimilitudo mortis appellabatur idem ſomnus.

Stulte quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago?

Hanc autem veluti immobilitatem cum pluribus mo dis habere poſſint homines: nimirum ſupernaturaliter, præternaturaliter, & naturaliter; ità etiam vel ſupernaturalis eſt ſomnus, vel præternaturalis, aut naturalis.

Supernaturalem ſomnum dicerem ego illum, qui ope aliqua diuina hominibus contingat, cuiuſmodi in Annalibus eccleſiaſticis ſomnus ille refertur ſeptem dormientium. præternaturalis autem qui aliqua de cauſa

præ-

præternaturali contingat ſomnus erit; qualis apud medicos lethargus græcè legitur, ſubeth arabicè, coma,& huiuſmodi apud alios. Sed omiſſo præternaturali ſomno in præſenti, vtpotè qui pro ipſius declaratione maiorem requirat, altioremque indaginem, omiſſo necnon etiam ſupernaturali altero ſomno, cum huiuſmodi theologicum ſit potius agere, quam medicum, & phyloſophum. de ſomno naturali hic ſolum agendum proponitur,& de quo Poeta,

Virg. in Aen.

Nox erat & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſiluæque & ſeua quierant
Aequora: cum medio voluuntur ſydera lapſu,
Cum tacet omnis ager, pecudes, pictaq; volucres,
Quæq; lacus latè liquidos, quæq; aſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſitæ ſub rupe ſilenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

Ariſt. lib. de ſomn. & vig. c. 4.

Somnus igitur naturalis, à quo fiat, & quibus de cauſis tertio loco ſciſcitatur? Ariſt. in eodem lib. de ſomno & vigilia, non eſt ſomnus, inquit, impotentia quælibet ipſius ſenſitiuæ, ſed ex euaporatione circà alimentum paſſio fit hæc. neceſsè enim quod euaporat aliquo vſque impelli, deindè conuerti,& permutari, ſicut Euripum. calidum enim cuiusque animalium ad ſuperiora natum eſt ferri: cum autem in ſuperioribus locis fuerit, multum ſimul iterum reuertitur, ferturq. deorſum,& calorem repellens ſomnus efficitur.

Gal. de cauſ. ſympt. c. 8.

Gal. in hoc cum Ariſt. ſanè conuenit, cœterum, inquiens, quod capitis repletio ſomnum conciliet, iam Ariſt. in lib. de ſomno, & vigilia ſatis monſtrauit. Sed vtrum ex omni repletione contingat ſomnus, an verò ex tali, vel tali?

Gal. 1. de cau. ſympt. c. vlt.

Quæ, inquit idem Gal. medicamenta tantum humectant, meritò omnia ſomnifera vocantur: quæ verò perfrigerāt, nec ſomnum, nec indolentiam afferre rectè dicuntur:

cuntur: ſed pro ſomno comaq; caronq; pro indolentia ob refrigerationis exceſſum, ſenſus quidem abolitionem, aut ſaltem certè diminutionem. Paulus Aegineta, ſomnus, affirmat, requies eſt virium animalium vtili humiditate cerebrum madefaciente. Princeps Auicenna, ſomni augmentum edocet, frigiditatem, & humiditatem ſignificat; cumq; ſomnus grauis, ſeu caros fit ab intemperie, fit à frigido primò. Ex quibus omnibus Cardanus, naturalem ſomnum ab humido, morboſum verò à frigido fieri concluſit: videlicet repletio capitis ab humore frigido ſimul, & humido facit ſomnum, & ſi prædominium frigidi ſit, efficitur ſomnus præternaturalis, ſi verò humidi naturalis, inquiunt medici, & phyloſophi ſimul.

Paul. lib. 1. c. 90.

Auic. li. 1. fen. 2. doctr. 3. c 3. p. 3. tract. 4. c. 1 tract. 1. fen. 1. c. 7.

Cardan. lib. 2 contrad. med. tract. 6. contradict. 5.

Et ſi autem repletione capitis ab humoribus frigidis, & humidis ſomnum fieri, Gal. & Ariſt. dixerint, & in cauſa ſomni efficiente maximè cõueniãt differunt tamẽ in alia re. ſiquidem primã ſentiendi vim. & ſomni ſedem Ariſtot. in corde poſuit, atque ſomnum propterea fieri aſſerebat, quoniam oppletò capite ab humoribus frigidis, & humidis, iidem humores poſtmodum refrigerantur, refrigerati in inferiora decidunt, occupant principia venarum, ſpiritibus motum impediunt, & vigiliæ nõ celebrantur, ſiuè quædam ſentiendi impotentia excitatur, quæ ſomnus eſt.

Gal. primam ſentiendi partem, & ſomni ſedem, non cor, ſed caput ipſum eſſe voluit: in eodem nimirum capite à refrigeratis & humectatis vaporibus ex infernis partibus eleuatis, occludantur principia neruorum, ſpiritibus animalibus impediatur tranſitus, non fiãt per neruos eorundem ſpirituum irradiationes, non fiant ſenſationes, quod nihil aliud eſt quam ſenſus, vel facultates ſenſibiles dormire, & quieſcere.

Gal. de ſymp. cauſ. 4. c. 8.

Et præter plura argumenta quibus vtitur Gal. aduerſus

ſus Ariſt. ad hæc probanda;nullus inquit reperitur medicus, qui in ſomno curando capiti medicamenta non exhibeat; ergò caput prima ſedes eſt ſentiendi, & ſomni.

Sed de prima ſentiendi parte quidquid ſit, ex his Galeni,& aliorum medicorum ſomni cauſas quatuor eſſe colligitur:efficientem ſcilicet,materialem,formalem, atque finalem.

Efficiens cauſa prima ſomni, nulla alia eſt quam ipſe calor eleuans vapores ad caput, calor inquam eleuans non quilibet tamen,ſed mitis atque ſuauis, ſicuti enim qui pluuias excitat per eundem Ariſtot.non igneus eſt ſed moderatus, ita etiam ſomnum efficiens.igneus etenim vapores exiccat, nec pluuias,neque ſomnum in eſſe ponit. magis autem propinqua, & immediata cauſa ſomni iidem dicti refrigerati vapores ſunt in capite principia neruorum occludentes,& ſpiritibus tranſitum impedientes.

Materialis inſuper cauſa ſomni ſi de totali intelligamus caput ipſum eſt, in quo iidem vapores recipiuntur ibidemq; refrigerantur, humectanturq; & neruorum oſcula occluduntur,vt affirmabatur.

Cauſa formalis, vel erit occluſio ipſa dictorum neruorum, vel potius quieſcentia ab operationibus ſenſibilium facultatum.

Et denique finalis cauſa,ſi extrinſeca,vel remota magis perquiratur; nulli dubium eſt conſeruationem ſanitatis,vel vitæ eſſe. ſi verò proximiorem petamus, confortatio eſt inquit Forliuienſis virtutum animalium reſolutarum in vigilia, & naturalium. Somnum aſſerit Auic,iuuamenta plura ſequuntur: nempe caloris naturalis reſtauratio,cococtio tã nocentis, quã iuuantis materiei, ſeu cibi,retentio eius quod præter naturam fluit ſedatio malorum ſympthomatũ plurima,vt tuſſis laſſidinis,

tudinis, & doloris, ſitiſque præparatio materiæ ad expulſionem, & ſimilia: Somnus, aiebat etiam Gal. quies eſt virtutum animalium, cum intentione naturalium; quandoquidem ſomnus cibum elaborat, humores excoquit, dolorem lenit, laſſitudinem ſolatur, intenta laxat, animi verò ęgritudines obliterat, rationem vitiatam corrigit. *Gal. 4. de accidenti c. vlt. Paul lib. 1. c. 96. & 117.*

Et hæc ſunt, quæ de cauſis ſomni à magnis viris habentur cum Phyloſophis, tum etiam medicis communiter; Sed in ebrijs, defatigatis, expletis, febricitantibus, vel alijs huiuſmodi, ſomnum repleto capite ab humore frigido, & humido ſemper fieri, quis credat, dicit aliquis? Sunt enim in capite venæ arteriæ, membranæ, nerui ipſi, vel alia exactiſſimi ſenſus; & nihilominus ſomneſcentes nihil frigidi percipiunt intra caput, neque in ipſo principio inchoationis ſomni: intemperies autem frigida, & humida ex qua ſomni fiunt communiter, non in inſtanti, at in tempore fit: vndè in partibus ſaltem in quibus adhuc introducitur, perſentiretur; Sed è contrà non modò frigus percipiunt qui à ſomno capiuntur, ſed ebrij febricitantes, expleti, vel alij ſimiles cum ſomneſcere cœptant, caput cum internè, tum etiam externè calidũ ſentiunt. Cauſa neceſſaria neceſſariò agit: ſi ergo vapores illi frigidi & humidi in cauſa eſſent ſomni; donec & quouſque permanerent, ſemper etiam adeſſet ſomnus. ac tamen volentibus nobis, a ſomnò ſemper expergiſcuntur homines.

Sed quid amplius? defatigatis accidunt ſomni facillimè, in quibus veriſimile eſt nullam adeſſe capitis repletionem ab humore frigido, & humido, at è contra potius inanitionem; namque exercitatio exiccat, & extenuat, ſuperius docebatur.

Scio quod Ariſt. in defatigatis ſomnũ fieri aſſerebat à colliquatione: cum etenim calor in defeſſis nihil am-

plius habeat vbi depaſcatur, vtitur propria animalis ſubſtantia; nimirum colliquat ſubſtantiæ eiuſdem humiditates, à quibus deindè eædem in arterijs præfatæ celebrantur obſtructiones.

Sed neſcio vtrum res liqueſiendo incraſſeſcant adeò vt occluſioni ſufficiant; an verò potius humiditates colliquatæ ineptæ reddantur obſtructionibus, cum liqueſiendo tenuiores etiam euadant? Galen. ibidem, ſomnum accidere defatigatis inquit, quià caput refrigeratur, & humectatur. Sed motus calefacit, & exiccat dicet aliquis. Puerum refert præterea Plin. æſtu, & laſſitudine feſſum in quodam ſpecu dormiuiſſe quadraginta & ſeptem annos. an dicamus etiam huic refrigerato, & humectato capite contigiſſe ſomnum? profectò difficilia ſunt hæc.

Plin. li. 7. c. 52

Plin. idem in rebus naturalibus nemini ſecundus, ſomnus, inquit, nihil eſt aliud quam animi in ſe ſe medium regreſſus, aurea verba profectò; animi regreſſus in ſe ſe medium ſomnum efficit. Fauet Plinio in hoc Hipp. primum, cum ſanguis in ſomno intrò fugit loquebatur: quià animus retrahatur videlicet. Gal. remiſſio animæ, inquit, ſomnus eſt, ſecundum naturam à finibus ad principatum. Et in Auic. remiſſio eſt ſenſuum, legitur, ſomnus, ſiuè ſpirituum à proprijs inſtrumentis ad partem intrinſecam corporis. An igitur cum Plinio, tota ratio ſomni ab ipſa anima effectiuè proficiſcatur? peractis enim ab anima ſuis exercitationibus, ſuiſque functionibus executioni vigilando mandatis, tandem vt requiem accipiat, aliquãque quietem, derelictis ſenſibus, in ſe ſe mediam reuertitur, ad ſua principia facultates retrahit, nec amplius ſenſus, vel ſua inſtrumenta defatigari permittit. deſinit ſcilicet ex ſe ipſa anima, & nulla alia cogente cauſa ab operationibus ſuis, & ita quies, vel ſomnus accidit.

Plin. lib. 10. c. 75.

Hipp. 6. epid. ſect. 5. t 30.

Gal. lib. de ſin. medici.

Auic. li. 3. fen. 1 tract. 4 c. 1.

Auer. 2. coll. c. 21.

Vndè cum Plin: ſupradicto cauſa efficiens primaria, naturalis ſomni, & neceſſaria, nulla alia erit quam ipſa anima in ſe ſe mediam rediens, & ſpiritus, vel facultates ad interiora retrahens:

Cauſa materialis in qua, cor ipſum erit, ſiquidem ad cor ſpiritus retrahuntur in ſomno, & ideò alibi Hippoc. apertè vigilans calidior inquit eſt externis partibus, frigidior autem internis, dormiens verò vice verſa.

Cauſa verò formalis retractio ipſa actualis eſt animi otium animi, aſſerebat etiam Ariſt. in æticis, ipſaq; animi quies ab operationibus cauſa eſt formalis ipſius ſomni. Ex quo Seneca in Traged. A.2.Atic c.13

Tuq; o domitor ſomne malorum

Requies animi pars humana melior vitæ.

Et Poeta:

Somne, inquit, *quies rerum placidiſſime ſomne Deorum*

Pax animi, quem cura fugit, tu pectora duris

Fæſſa miniſteriis mulces, reparasq. labori.

Gal. eundem ſomnum quietem, aſſerebat, virtutum animalium, cum intentione naturalium, ſiuè virium animalium requies. Gal.3.de ſymp-thom cauſis. Paul.lib. 1.c. 96.

Sed dices Hippoc. anima hominis, docebat, cũ corpus dormit, ipſa verò vigilans cognoſcit, ac viſibilia videt, & audibilia audit, vadit, tangit, triſtatur animaduertit, in ſumma quæcumque corporis munia, ea omnia ipſa in ſomno obit. ergo anima in ſomno haud quieſcit; vt etiã in noctambulis quibuſdam dictis experimento amplius conſtat. Gal. ipſe dormientem ſe integrum ſtadium peregiſſe refert, nec à ſomno priuſquam in lapidem impegiſſet excitatum fuiſſe. Artificem cognoui, recenſet Salius, qui dormiens è lecto ſurgebat, è thalamoq; exiens domum ſuam ferè totam peragrabat, ſcalasq; nullo diſcrimine aſcendebat, deſcendebatque. Hip.lib.de inſomn.11. Gal. lib. 2 de muſcul. motu c.4. Petr. Sal li.de affect part. c. 18. ſchench. in obſeruat. med.

Accidit enim, inquit etiam Ariſt. dormientibus ani- Ariſt.5. de generat. anim. c.1.

malibus; ſenſus non modo quæ ſomnia vocantur, ſed etiam præter ſomnia, vt ijs qui dormientes reſurgant, & quidam pleraque agunt ſine ſomnio, ſunt enim qui dormientes reſurgant, & ambulent, videntes eo modò, quo qui vigilant. Cur igitur in ſomnis hæc accidant, ſi ſomnus animi quies eſt, vt dicebatur, & ſenſus omnes in ſomno quieſcunt?

Quandoquidem reſponderem non omnes ſenſus tũc quieſcunt, neque ex toto in ſe ſe mediam retraxerat anima, cum ſupradicta acciderunt. facta inquam Galeno multa phantaſia ambulandi, tametſi circa reliqua quieſceret animus, nihilominus circà ambulationem etiam dormiens ratiocinabatur; ſpecies nimirum intelligibilis ambulationis faciendæ in intellectu retenta mouit in ſomno appetitum proſequutionis Galeni, appetitus facultati animali imperauit, & tandem ad ſui etiam libitũ dormiens ambulationem illam celebrari fœcit.

Vel melius ab anima operationes in corporibus noſtris quatuor præcipuè celebrantur; naturalis vtpurà, vitalis animalis, & rationalis. Naturalis operatio illa dicitur, quæ corpori naturali, vt naturali contingit: cuiuſmodi nutritio, augumentatio, generatio, vel aliud ſimile, ſunt, omnibus natura viuentibus proprium, & conditio.

Vitalis actio, vel operatio, ſanè phyloſophicè loquendo haud à naturali ſegreganda videretur; ſed medicis magis diſtinctè hic loquentibus, huiuſmodi ſpirituum generatio eſt, eorundem per arterias diffuſio, vel ad interiora regreſſus, & ſimilia.

Tertiò operationes animales illæ ſunt, quæ alicui, vt animam habenti accidunt, & non aliàs. & has moueri, ſentire, immaginari, memorem eſſe, vel aliud ſimile communiter affirmant doctores.

Diuiduntur autem huiuſmodi animales operationes in

in intrinſecas,& extrinſecas. extrinſecæ inquam animales operationes,moueri ſunt, audire, ſentire, videre, guſtare, & huiuſmodi, extrinſecis ſenſibus, vel organis tantummodò operatio fiens; Aliæ verò operationes animales intrinſecę,ſunt imaginari,& meminiſſe pręſertim. Denique,& vltimo rationalis operatio dicebatur,hoc eſt operatio illa quæ hominibus ſolummodo competit, & quæ ab anima rationali procedit, cuiuſmodi intelligere eſt,phātaſmata ſpeculari,vel ratiocinare vt dicitur.

Cum igitur animam in ſomno quieſcere dicebatur, haud naturales circiter operationes intelligendum eſt, vel vitales; ſiquidem huiuſmodi etiam in ſomno obit anima. & proptereà Hippocr. ſuperius, ſi corpus dormiat, aſſerebat, anima tamen ſemper vigilat; vigilat inquam circà corporis nutritionem, ſpirituum regenerationem. & alias cœteras tum naturales, tum etiam vitales operationes.

Vnde ſomnus paſſio animalis, vt animal eſt, intelligendus etiam ſuperioribus in definitione Ariſtot. Ceſſat anima interior ab exercitatione mēbrorum in ſenſu, & motu, inquit in ſomno Fracaſtorius. hoc eſt animi quies in extrinſecis animalibus operationibus eſt ſomnus: Quinimò per accidens etiam in intrinſecis: namq; quieſcentibus ſenſibus extrinſecis haud ſpecies obiectorum in organis animalium recipiuntur, minus etiam ad intrinſecas facultates tranſmittuntur,vtputà ſenſui communi, immaginationi, & intellectui non proponuntur ſpeculanda phantaſmata,& ſic anima etiam intrinſecus operari deſinit in ſomno,vel quieſcit. Quod ſi fortè fortuna,& ſæpè contingit, vel in ipſa parte immaginante, vel in intellectu aliquod remaneat non illuſtratum phantaſma, & ſpeculatum, etiam ſi corpus dormiat,anima tamen circà illud phantaſma vigilat,& ratiocinatur, vt Galen. ſuperius recinſito accidit. Facta ſiquidem

Fracaſt. lib. 2. de intellectu.

Fracaſt in Turrio lib. 2. phantaſia ſurgendi inquit Fracaſt. quamquam ſopiti ſenſus ſint, motus tamen illi fieri poſſunt qui è phantaſia dependent. ſpecies inquam ambulationis faciendæ in intellectu Galeni quamquam dormientis retentæ, appetitum mouit: appetitus facultatibus extrinſecis, & motrici præſertim imperauit; facultates tranſmiſerunt, reuocaruntque ſpiritus, & calorem ad organa, & facta deniq; ambulatio integri ſtadij fuit.

Pręter dictam verò integri ſtadij cogitationem, & ambulationem, nulla alia operatio animalis facta fuit in dormiente tunc Galeno: quoniam aliæ ſpecies in intellectu retentæ haud erant, ideoque circà reliqua animalis facultas dormiebat, retracta nimirum in ſe ſe mediã anima erat, quamquam circa ambulationem vigilaret.

Neque mirum ſit alicui animam & quieſcere, & vigiliare ſimul circà diuerſa; ſiquidem, & circa eandem rem id agere valere docuit interdum Ariſt. Plerumq; legitur *Ariſt lib. de ſomn & imaginibus.* in Ariſt. ſomno diſcuſſo dępræhenderis ſpectra, quæ per quietem obuerſabantur eſſe meras in ſenſorijs motiones. vndè dormientibus nonnullis accidit quodammodò ſentire ſonum, lumen, ſaporem, atque etiam tactione fungi, leuiter tamen, & quaſi procul. Habentur etiam qui ſomno capti ſuſpiciebant, vt lumen, quod tum leuiter viderant, vt putabant, id ipſum experrecti continuò verum agnouerunt. Nec deſunt qui gallinaceorum cantu, & canum latratu leuiter audito, eundem ipſum cum edormierint manifeſtè perceperint. Nonnulli item ex interrogatione reſpondent. Accidit enim in vigilia, & ſomno, cum alterum adſit, alterum etiam quodammodò adeſſe.

Hip. lib. de inſomnijs. Et ſic, anima hominis, etiam ſi corpus dormiat, ipſa tamen vigilans cognoſcit, bene loquebatur Hippocr. ac viſibilia videt, audibilia audit, vadit, tangit, triſtatur, animaduertit, & quæcumq; munia ẽt in ſomno aĩa obit.

De-

Declaratis autem naturalis ſomni cauſis materiali, formali,& efficiente,remanet quartò loco cauſa finalis. quæ nulla alia eſt quam illa communiter recepta, & ſuperioribus deſcripta: ſcilicet ſi remotam petamus,cauſa finalis ſomni conſeruatio eſt ſanitatis, & vitæ. ſi proximiorem reſtauratio eſt ſpirituum, nouaque eorundem generatio. Et hæc pro altera ſententia de ſomno dicta ſufficiant.

Contrà quæ ſic primò fortaſsè obijcies. In ſomno caput refrigerari,cunctaque ſomnifera frigida eſſe,communis eſt ſententia. vnde cauſa ſomni frigidia, & non alias affirmanda eſt.

Prætereà ſomnus retractio animi in ſe ſe medium ſi modò aſſeratur, non magis vno,quam alio in tempore eundem quoque fieri cerneretur. ac tamen à cibo magis & facillimè ſomni fiunt, à laſſitudinibus; noctu potius,quam in die: verè,& hyeme longiores ſomni fiunt cum Hipp. quam alijs in temporibus. Falsò itaq; ſomnus retractio animi ſolum in ſe ſe medium affirmatur. *Hip. 1. aph 15*

Reſp. in ſomno caput non ideò refrigerari,quià frigiditas eiuſdem cauſa ſit: at quià idem ſomnus frigiditatem capitis potius efficiat. et ideò frigefaciendi vis ſomno, à natura eſt, inquit Hippocrates. retractis etenim ſpiritibus ad ſua principia in ſomno, cœteræ partes frigeſcunt, & illæ præſertim quæ ſua natura temperamento tales ſunt: Et quamquam inſuper ſomnifera,vt plurimum etiam frigida communiter aſſerantur (quia de oppio præſertim, & alijs nonnullis ſimilibus dubitatio fuit nonnũquā apud aliquos) id nihilominus à frigido ſomnum conflari naturalem non probat. quià frigida, vt frigida ſomnum efficiunt præter naturalem, vt ſuperius edocebatur. obſtupefiunt nimirum à frigidis ſenſibiles partes,ab eadem obſtupefactione partes conſtringuntur, & meatus,vel transfuſio ſpirituum intercluditur, *Hip lib. de f.a tib.*

tur, nullæque exercentur ſenſationes à facultatibus animalibus, & ſomni præternaturales deniq; excitantur.

Quod verò à cibo magis ſomni fiant, a laſſitudine, noctu potius quam in die, hyeme, & vere quam in æſtate, & ſimilia, nec etiam faciunt contrà hanc ſententiam: quandoquidem ab alimento aſſumpto ſomni fiunt ideò ſententia mea, quoniam alimentum aſſumptum petit concoctionem, concoctio autem fit à calore; anima igitur totius corporis gubernatrix, retrahit ſpiritus ad partem concoquentem, & organa ſenſibilia relinquit; ſicq; ſomnus ab alimento apparet.

Neque etiam obſtat ex nimio alimento interdum non modò dormire homines, at potius vigilare: Siquidem huiuſmodi fit ex eo quia natura ad concoquendũ valens non eſt, vndè expulſioni incumbit, quæ vigilando celebratur.

Fiũt etiam ſomni à laſſitudine eadem ratione: retrahuntur nimirum ſpiritus ab anima, laſſitudine accedente, vt refocillentur vires, nouaque caloris reſtauratio fiat.

Cur denique noctu, potius quam in die ijdem ſomni fiant? Ratione conſuetudinis primò reſponderem. tum etiam quia, dicerem, ad corporis functiones ferè cunctas ſenſibiles, lumẽ ipſum requiratur, quod cum noctu amplius abſit, natura eaſdem non molitur, at ſomnum conciliat. retrahit nempè in ſe facultates animales, cum in exterioribus neceſſariæ non ſint. Et eædem quoque valeant rationes cur hyeme potius, quam in æſtate ſomni fiant, vt ſuperius obijcebatur.

Gal. lib. præ-ſagit. com. 1. t. 28. Sed dices, Demonſtrauimus, inquit Gal. vigilantiam quidem fieri propter cum ſiccitatem, tum caliditatem primæ ſentientis partis: ſomnum verò ex contrarijs. igitur ſomnus à frigido, & humido fit.

Reſpondetur, iam ſuperius indicatum fuiſſe frigida & humida

humida ſomnum efficere præternaturalem, vt etiam calida & ſicca præternaturales vigilias in eſſe ponunt. naturales autem neque à calido, neque à ſicco, at ſympliciſolum animi ægreſſu ab interioribus ad exteriora, vt ſomnos regreſſu eiuſdem animi ab exterioribus ad interiora ſui cum Plinio fieri dicebatur.

Et hec ſufficiant quò ad ſomnum ſecundum ſe dicta. quibus cognitis, cognoſcetur etiam vigilia res è directò eidem ſomno diuerſa: contraria inquam aſſerenda ſunt in vigilia ijs quæ de ſomno huc vſq; diximus.

Quibus omnibus denique omiſſis, atque ſuppoſitis, quæritur modò, vt à principio etiam indicatum fuit, vtrum ſomnus, an verò vigilia in febribus magis conueniant?

Et quidem in ſomno docuit Hipp. ſanguis intrò fugit; & interiora caleſcunt. in vigilia verò contrarium accidit cum Aetio. igitur vigilia magis expedit febrientibus, quam ſomnus. cum etiam pulmo, cor, & arteriæ in ſomno maximè repleantur, atque ſomnus ab eodem Auicenna reditus ſpiritus animalis, dicatur, ab inſtrumentis ſenſuum, & motuum, ad principium.

Hipp 6. epid. ſect. 5.t.3.

Aetius tetrab. 3.ſem.3.

Auic.li.1.fen. 2.doct.2.c.13. lib. 3. fen. 1. tract 4.c.1.

In aduerſum verò, ſomnus loquebatur Paul. ſi rectè ineatur, multa præſtat commoda; cibum elaborat, humores excoquit, dolorem lenit, laſſitudinem ſolatur, intenta laſſat.

Paul. lib. 1.c. 117.

Sed hæc conueniunt in febribus; ergò ſomnus in febribus nequaquam damnandus eſt. accedente inſuper quod Galen. alibi, ſomnus concoquit, vigilia verò digerit, edocebat. ſomnus humectat, & vigilia exiccat. Somnus inquit Auic. alibi citatus, omnes operationes naturales fortes efficit: nimirum ad expellendum materias iuuat, propterea quod calorem interius contrahit, & nutrimẽtum in corpore partitur, & expellit illud quod eſt iuxtà cutim, impellendo quod eſt elongatum à cute ſuc

Galen. lib. de vict rat. i. vlt. 6. de morb. vulg. com. 4. t.17.

Auic.li.1.fen. 2.doctr.2.c.3

ceſſiua

ceſſiua impulſione; ita quod illud,quod eſt interius,expellit id quod eſt antè ipſum, vel ei oppoſitum verſus cutem. & alibi, ſomnus temperatus virtutem naturalem potentẽ efficit perficiendi ſuas operationes, animalem virtutem auget, prohibet ſpirituum reſolutionem, digerit cibum, ſuccurrit debilitati humectat: ſitim ſedat, vomitum, ſingultum, tuſſim, fluxum ventris; interiora ſiquidem corporis calefacit, ex quo fit cibi digeſtio laudabilior, & melior. Multa prætereà alia, atq; his ſimilia de ſomno penes doctores habentur; quæ omnia cum etiam aptiſſima ſint febrientibus, rationem non video cur à ſomno arcendi ſint ægri. Cum amplius vigilias, dicat idem Auic. complexionem corrumpere cerebri, debilitare, rationem commiſcere, humores adurere, ægritudines acutas facere, anxietatem, & anguſtiam animæ, ſpiritus diſſoluere, corpora fœdare, ſplendorem, claritatemq; corporis corrumpere, oculos profundare, digeſtioni nocere, corpus debilitare, diſturbare, & huiuſmodi. Spiritus corrumpunt, inquit Gal. vigiliæ, totũ corporis habitum ſiccant. ſiuè vt Hipp. aſſerebat, vigilia morbum mutari non ſinit, & cibos, potusque concoctioni rebelles efficit. Et denique nullus reperitur medicus, qui in febribus vigilias arcere non conetur, ad hoc vt melius, atque citius curentur ægri. Somni itaq; non vigiliæ in febribus exoptandi ſunt.

Auic. lib. 1. fen. 3 doctr. 2 c 9. lib. 3. fen. 13. tract 2 c. 20. tract. 5. c. 12. 21. fen. 16. tract. 1 c 4. primę partis, canticorum tract. 1. Aetius tetrab. 2. ſerm. 4.

Aui li. 1 fen. 2 doctr. 2. c. 13. 1. par canticor. tract. 1. 140.

Gal. 12. meth. c 5. 7. meth. c. 6.

Hip. 2. acut.

Hip. li. de arte

Sed dices, vigiliæ ſanant aliquando, docuit Hipp. igitur prohibendæ non ſunt in febribus. Vigiliæ famem efficiunt, docuit etiam Auic. ſunt de cauſis conſeruantibus corporis diſpoſitiones; vigilia temperata excitat ſenſus, & diſponit virtutes, & mundificat corpus à fœcibus, & ſuperfluitatibus. multaque prætereà alia de vigilijs his ſimilia leguntur. Vndè in febribus nec etiam vigiliæ denegandæ ſunt.

Auic li. 1. fen. 2 doct. 2. c 13. 1. canticorum tra. 1. 139.

Huiuſmodi autem hinc indè nunc dictis, dicerem, &

verum

verum fortaſſe, moderatam vigiliam, moderatum, conſuetumque ſomnum in febribus etiam atque etiam conuenire. & ſic diluuntur omnes difficultates huc vſque ſuperius diſceptatæ.

Non conferunt quidem ſomni ſuperius obijcebatur, vtique verum eſt, at immoderati intelligendi ſunt ſomni. Vndè Auic. ſomnus multus enunciauit, virtutum animalium obtuſionem operatur, capitis grauedinem, ægritudines frigidas. & alibi; ſomnus multus nocet multum, nocet viſui, replet caput, obeſt animæ. Vigilia etiã in febribus mala eſt, ſed nõ omnis. moderata ſiquidem prodeſt, vt immoderata obeſt. Vnde idem Auic. ibidem, vigiliæ, inquit, complexionem corrumpunt (de immoderatis, loquebatur) ſuperfluitas quandoquidem vigiliarum reſoluit ſpiritum, debilitat, repletque cerebrum vaporibus. Ex quibus tum vigilias, tum etiam ſomnos, in febribus non conuenire concludendum eſt, ſi de immoderatis vtriſque intelligamus. moderati quandò ſomni, & vigilię, febrientibus maximè probentur, vt ſuperius contendebatur.

Auicen. lib 1. fen. 1. d. & tr 2 c 13 li. 3 fen. 1. tra 4. c. 14 fen 3. tra 4. c. 4 1 par cant. tract. 1. 137. p. 3.

Sed dices, ſomni, legitur in Gal. febrientibus ſemper nocerent, eò quod materia ad viſcera fluit, niſi coctionis vtilitas adeſſet.

Galen. 4. aph. 67.

Ergò non ex toto conueniunt; Vndè magis vigiliæ, quam ſomni febricitantibus laudandæ ſunt.

Reſp. febribus. vt febres ſunt, vtique ſomni interiora calefacientes minus conueniunt quam vigiliæ. Sed quoniam ijdem ſomni coctiones moliuntur, ſpiritus reſtaurant, & alia ſimilia bona exhibent, ideò in febribus maximoperè deſiderantur, & magis etiam quam vigiliæ. Sed de moderatis ſomnis hic intelligimus, quià ſomnus immoderatus, & corpori, & animo obeſt cum Platone. Somnus atque vigilia vtraque mala ſi modum exceſſerint, in aphor. Hipp. etiam legitur. Tam itaque

Plat. lib. 1. de legib
Hip. 2 aph 3 Gal. in com.

ſomnus,

ſomnus, quam etiam vigilia moderata eſſe debent in febribus adhoc vt proſint, generaliter tamen loquendo, & non particulariter.

Si autem fortè fortuna caſus exhibeatur, in quo magis vigiliæ conueniant, vt febris eſt, exempli gratia, ab intrinſeca aliqua inflammatione procedens, vbi Galen. vigilias, & non ſomnum extollebat. poteſt etiam alius è contrà induci caſus, cuiuſmodi in febre eſſet, quæ ab externa inflammatione oriretur: quamquam inquam idem hic affectus ſit, ratione tamen originis contrario modo agendum eſt. nam & in ſomno aliter quoq; ſe gerit calor, quam in vigilia, vt alibi dicebatur.

Galen. 6. epid. com. 4. t. 17 2 aph. 1.

Somnus igitur prodeſt in febribus. conuenit tamen in declinatione magis, aut in fine earundem febrium cum Gal. quam aliàs. in principio autem febrium nocet: ſiquidem in eodem principio calor naturalis totus, & humores, in profundum corporis vergunt; atque præſertim in iis, quibus horror, vel rigor, vel fortis partiũ refrigeratio contingit. Præterea ſi in principijs febrium dormierint ægri, caſus illis protenduntur, & vix febres ad conſiſtentiam perueniunt. ſi qua verò inflammatio ſit circà viſcera, rationabile fit ipſam adaugeri: & ſi humores aliqui ad ventrem confluãt, nõn æquè atque in alijs ſomnis concoquuntur, ſed longè plures fiunt inconcocti permanentes. Ob hanc itàq; cauſam ægrotis vigilias præcipimus tempore illo, inquit ibidem Galen. eam quæ fit ex ipſis vigilijs, ſpiritus, ſanguiniſuè, atque caloris, qui in eis eſt, ad exteriora motionem volentes opponere, tanquam maximum auxilium aduerſus illam, quæ fit in acceſſionum principijs, ſanguinis, ſpiritus, & caloris naturalis ad interiora retractionem. Et ſi ex viſceris cuiuſpiam inflammatione febricitãs aliquis in acceſſionis initio dormiat, febrem vnà cum inflammatione augebit.

Gal. 1. aph. 1. 6. epid. com. 4. t. 17.

Gal. ibid.

Galen. 6. epid. ſect. 4. t. 17.

Et

Et prohibe eum à ſomno in principiis febrium, aiebat
etiam Auic. propriè quando eſt horripilatio, aut frigus, *Auicen. lib 4*
& rigor: quoniam prolongatur ſuper eum frigus, & ri- *tract. 2. fen. 1.*
gor: ipſe namque adiuuat materias, ſi fuerint commo- *c. 7.*
tæ ad quædam viſcera, & prohibet digeſtionem humo- *Gal. 2. aph. 1.*
rum: Apud declinationem verò eſt iuuatiuus valdè, &
fortaſsè non nocet apud ſtatum.

Et ſi autem ſomnus in febribus conueniat, non tamen
etiam in quacumque febre, vel in quocumque tempore
idem eſſe debet, nec etiam in quacumque ætate, quanti-
tate, figura, & ſimilibus. namque vt benè alibi Auic. ad- *Auic. li. 1. fen.*
notabat, ſomnus cauſat ægritudines frigidas, ſomnus ve- *2. doct. 2. c. 13*
rò qui ſuprà vacuitatem cadat, & propter hoc inquit *c. 1. fen. 3. doc.*
idem, quod reſoluat. Vndè cum cauſa frigida erit in *2. c. 9.*
febribus, talis ſomnus non æquè bene, atque in alijs
conueniet: Nec etiam in quocumque tempore; ventres
etenim hyeme, & vere natura calidiſſimi ſunt, & ſomni
longiſſimi, dicebat Hipp. in aph. *Hip. 1. aphor.*
Et alibi, quemadmodum ex natura, & conſuetudine *15 lib. prgnoſ.*
eſt, interdiù vigilandum, noctu dormiendum eſt; ſi con- *com. 2. t. 11. et*
trà commutetur peius eſt; minimè verò offendit ſi quis *3 de di.ta.*
dormiat prima luce ad tertiam diei partem, qui verò ab
hoc tempore ſomnus eſt, deterior eſt. Aeſtate prandio
modico vtendum eſt, & ſomnis a prandio breuibus.

Auic. ſomnus docuimus, inquit, ſit vnius, vel duarum *Auic. tract. 1.*
horarum, neque poſt cibum immediatè adminiſtretur: *in fine lib. de*
antè prandium verò malus, niſi ſit ex labore, triſtitia, *remouendis*
ira, cogitatione, & ſimilibus: præſertim verò in gracili- *nocumentis*
bus cum Hipp. namq; huiuſmodi extenuat: è contrà ve *& 2. parte cantic.*
rò à prandio factus. *Hip. 2. de dig. Plin. lib. 11. c. 27.*

Tempus ſomni optimum à cibo eſt, docebat Paul. *Paul, lib. 1. c.*
ſed diurnus haud omnibus eſt idoneus: tempus enim *96.*
quo obdormiſcunt ad abſolutam ciborum coctionem
non ſufficit, interrupta enim ante horam ſuam coctione

a me-

à meridie reſurgentes, ſubindè acidos ructus edunt, & flatibus replentur. Vndè ſomnus optimus nocturnus eſt, quoniam nox naturali humiditate, ſilentioque animum in ſomnum deducens, abſolutam molitur concoctionem.

Hip. 2. de dia.

Somnus bonus eſt, ſi ſtomacho antè referto fiat, vacuo, & fameſcente non eſt bonus docebat alibi Hipp. ſuccum enim vtilem, qui intus eſt abſumit, hominem extenuat, imbecillum, triſtemque reddit.

Sed hęc pro ſanis docētur ab Auctoribus dicet aliquis. ſi tamen ægris adaptari valeant, vtiq; non derelinquendum, optimumque erit, reſpondetur: In reliquis cum febre progrediendum eſt ſemper.

Ariſt. 5. de gener. anim. c. 1

Circa ætatem, dormire inquit Ariſt. omnium maximè pueri ſolent, quoniam intrà parētem cum primum ſentire cœperint, tempus dormiendo ferè totum conſumunt. cum inquam febricitantibus dormire continget, id magis pueris, quam alijs aptum erit, nec non etiam longiori tempore. Auic. tempus edormitionis duodecim horas eſſe docuit. & Galen. ſeptem, octo, vel nouem etiam horas interdum: dummodò tamen à febribus concedatur adderem. & cum eodem Auic. ſomnus bonus continuus, & profundus eſt.

Auic. tract. 1. in fi. lib. de rem ouen nocu. & li. 1. fen. 3. doctr. 2. c. 9. Gal. 6. de ſan. tuen. c. 5.

Hip. 1. prognoſt.

Quò verò ad figuram, deprǽhendendus eſt æger in dextrum, ſiniſtrumuè latus cubans, inquit Hipp. bracchijs, ceruicè, & cruribus paulum reductis, ac vniuerſo corpore molliter affecto, qui ferè ſani quoque iacentis habitus eſt: ſed hæc ad prognoſticum pertinent.

Auic. li. 1 fen. 3. doct. 2. c. 9. Ariſt. 6. probl. 5.

Ex figuris autem ſomni melior eſt quæ ſuper dextrum incipiat latus, cum Auic. eodem, & Ariſt. deindè ad ſiniſtrum reuoluatur. quod ſi eius inceptio ſuper ventrem fiat, auxilium fert ſatis magnum in digerendo; propterea quod calorem retinet naturalem, & ipſum comprehendit, quarè augetur. Reſupinè autem dormi-

re eſt malum ; & ad malas præparat ægritudines, ſicut apoplexiam, paraliſim, & incubum, tantummodo verò oculis prodeſt, vt Plin. ait. *Plin. lib. 28. c. 4.*

Conſiderantur etiam loca, ſiuè regiones in ſomnis. namque in craſſo aere ſomni longiores damnantur. perniciosum eſt etiam dormire ſuprà humum humidam, ſub ſole, & noctu ſub luna è regione rimæ cubiculo ad orientem ſpectante, maximè brumalem: ſed ad æſtiuũ, & inter duo ſolaria poſito loco, ſi non aliter puro; non in loco nouo, nec nouiter dealbato gypſo, aut calce, aut exiſtentibus intrò carbonibus accenſis, nec propè vias publicas ob ſtrepitum, nocuus enim admodum eſt interruptus ſomnus, cum hic maximoperè debilitet, ſi Galeno, & alijs fidem adhibeamus.

In ijſdem ſomnis habetur quoque ratio temperamẽti; & valdè calidis, exempli gratia febrientibus minus conueniunt ſomni, quam frigidis: quoniam ex retractione ſæpius dicta ſpirituum in ſomno ſanguis euadit calidior: vndè frigidioribus temperamento, etiam aptior quoque erit ſomnus, quam calidis. Et quamquam natura ſua qui frigidi ſunt, longiores, profundioresque patiantur ſomnos, id ex eo fit, ego dicerem, quoniam retractus in ſomno frigidior ſpiritus, vel vt rectius loquar minus calidus, vt temperamento frigidiorum eſt animalium, hic inquam ſpiritus retractus diutius etiam occluſus retineri poteſt, quam calidior ſpiritus, & natura calidiorum animalium: ſiquidem hic vt calidior, ne ſuffocetur dormiens animal, à corde exit, & vigiliam facit. ille autem, nempè ſpiritus frigidiorum animalium, tãquam frigidior diutius retineri, & occludi in corde valet, & ſic etiam diutior ſomnus fieri poteſt. Sicciores inſuper eadem ratione febricitantes minus dormiunt, quam natura humidiores; ſpiritus enim ſicci dum occluduntur ſicciores euadunt, acrioresque; vnde ſua acrimonia

irritant

irritant partes occludentes, & ad eorum met expulſiorem cogunt.

Hip. 1. prgnot. Ratio eſt habenda denique in eodem ſomno conſuetudinis: quippe qui optimus ſit ille decubitus, qui à ſanorum conſuetudine non variat, cum Hipp. & conſuetudo altera natura ſit, vt alibi affirmabamus. Et hæc ſufficiant de ſomno in ordine ad febres.

CAPVT OCTAVVM.

De excretis, & retentis in ordine ad febres.

INTER Res nonnaturales reponuntur à Doctoribus etiam excrementorum euacuationes, vel retentiones: quandò hæc eadem vtroque modo ſe ſe habere valeant; & conferre, videlicet, necnon etiam humano corpori obeſſe. Sunt autem excrementa ſpecie non vnum, at plura, & indeterminata, & vel vtilia amplius appellantur, vel etiā inutilia. Vtilia ſemen, dicuntur, lac, vel aliud huiuſcemodi tametſi ab animalium corporibus ſeiunctum nihilominus alicuius vtilitatis poſtmodum eſſe valens. vt inutilia excrementa illa ſunt, quæ nulli proſunt, vel prodeſſe poſſunt, cum excreta ſunt: atque talia vrinæ præſertim recensētur fęces Ani, ſudores, lacrymæ, Sputa, mucci, aurium ſordes, in fœminis lunares purgationes, & alia ſimilia ab Hippocrate, vel alijs pluries recenſita. Vtraque hæc excrementa vtilia, vel inutilia dicta diuiduntur amplius in naturalia, vel præter naturalia. Summatim verò in ordine ad febres, eo modo inquit Paulus excrementa in ægris quæri debent, quo in ſecunda valetudine excerni, tum etiam retineri ſolebant.

Semen vtile excrementum vltimi alimenti. Ariſt. 1. de gen. animal. c. 17. 18.

Hipp. 6. epid. ſect. 5. Ruffus ephefios lib. 1. de partium humani corp. appellat. c. 36.

Paul. lib. 2. c. 3

Sed omiſſis omnibus alijs excrementis, quæ præſertim in febribus ſæpè ſæpius dubitationem inferunt, euacua-

tio

tio ſeminis, vel ipſius retentio ſunt, atque lactis. Vtrum ſcilicet ſemen effundere proſit febrientibus, an verò è contrà ijſdem arcendus ſit coitus?

Vtrum pariter febricitantes mulieres lac exhibere, vel non exhibere debeant in præſenti diſputandum eſt.

Et quidem naturalis eſt euacuatio venus, & refrigerãdo prodeſt inquit Gal. Eſt concubitus, docebat etiam Ariſtot. naturaliſſimum opus, & omnium ſuauiſſimum, quo animalia qua poſſunt æternitate fruuntur. Aegrotant inſuper nonnulli, cum eodem Ariſt. vbi à venere ſe abſtinent. Et in epid. Pitioni recenſet Hippoc. ad ſolũ ſanum curam habenti abſtinentia à coitu maximè obfuit.

Galen. 5. epid. com. 3. t. 16. et 6. epid. ſect. 5. t. 26. 6. de ſan. tuenda c. 14. 6 de loc. affec. c. 5.

Ariſt. 2. de anima & ſect. 4. probl. 16.

Præterea experientia conſtat concubitum ægris non ſemper obeſſe. Nicippus enim, inquit idem Hippoc. in febribus per ſomnum ſemen effudit, & nihil ad peius proceſſit, & hoc ipſum ſæpè ipſi factum eſt, & nihil læſit. Audi quantum conetur Hippoc. demonſtrare venerem non tantopere obeſſe; nihil ad peius proceſſit, inquit, nihil læſit ſubinde repetit: namque ſanus fuit poſtmodum Nicippus idem, tametſi multum ſeminis effudiſſet. Cum igitur haud nocuerit ſeminis effuſio in prærecẽſito Nicippo, ergò febrientibus, nec etiam venus interdicenda eſt interdum, cum qua delectatio, & aliqua perſentitur ſuauitas, per Ariſt. ſuperius.

Ariſt. ſect. 28. probl. 1.

Hip. 4. epid.

Aſclepiades, inquit etiam Celſus Rom. Medicus, vlterioribus quidem diebus cubantis quoque luxuriæ ſe ſubſcripſit, & iucundum curandi modum (vt verbis Plinij vtar) habebat. Igitur venus exhibeatur interdum febricitantibus, dicet aliquis.

Celſ. lib. 3. c. 4.

Pli lib. 26. c. 3

Ex altera verò parte, in coitu legimus apud Hippocr. robuſtiſſimum quid excernitur, & viribus cum eodem deſtituuntur homines. Semen partem cerebri nobiliſſimam Alchmeon appellauit. Pitthagoras verò quandam

Hip lib de genitura.

Plutar. de placit. c. 3.

dam ſpumam melioris ſanguinis: Plato deſtillamentum medullarum: & tandem Zeno criticus, ſemen dixit ſperma hominis, quem cum humido emittit, partis animæ ſpolium, & generis proauorum permixtio. Quis igitur medicus etiam in febribus ſeminis effuſionem, vel venerem ex his laudauerit?

Galen. 6. epid. ſect 5. t. 2. Ariſt. lib. de long & breu. vitæ. Hip. 7. epid.

Accedente amplius quod venus exiccat cum Galen. & Ariſtot. Atque Timocharem recenſet Hippocr. cum Satyro cognomento Grypalopex; quorum alteri ad nares deſtillatione affecto, cum venere vſus eſſet reficcata ſunt omnia inquit: Huic vero, nempe ſatyro quoniam per ſomnum ſæpè ſemen prodibat, & interdiù quoque, ad annum trigeſimum cum perueniſſet, interitus tãdem hecticè ſuperuenit. Siccat igitur venus, & exiccantia maximoperè in febribus aduerſa ſunt.

Hipp. 6. epid. ſ. 25. com. 3. & lib. de genit.

Poſtremò venus in febribus non conuenit quia calfacit ſanguinem cum eodem Hippocr. ſanguinem, inquiens, coitus, calfaciens, viam faciliorem menſibus facit, & quæ ſequuntur.

In hac ſententiarum, rationum, & experimentorum contrarietate ſanè anceps ſum vtrum venus nonnunquã permittenda ſit febrientibus, vtrum verò ſemper, & omninò prohibenda. quoniam pro prima parte omiſſis omnibus alijs ſuperius allatis, ex veneris actu maximam refrigerationem, maximumque leuamen percepiſſe aliquandò mihi retulerunt quidam luxurioſi febricitantes, hocque munus ſæpè exercere in proſpera valetudine conſueti. E contrà verò plurimos interijſſe vidi ſæpius ab actu venereo, cum febre eſſent affecti: Sed liberè aſſerens nunc ſententiam meam, tutius eſt, ego dicerem, ab eadem venere abſtinere febrientibus, quam aliquo pacto eandem exercere.

Neque obſtant quæ ſuperius pro venere exercenda ferebantur, ſiquidem plurima de ſanis intelliguntur,

non

non autem ægris,& febrientibus præſertim. Et amplius in iiſdem ſanis hominibus inquit Gal. ſuperius allatus, retentio eiuſdem ſeminis maximè prodeſt: vt experimento etiam patet in iis qui cœlibatum exercent. Et ex Aretæo vir ſeminis profundendi abſtinens, robuſtus *Aret.lib.4.c.5* fit, audax, neque vel feras expaueſcens: teſtimonio ſunt ex athletis temperantes.

Præterea Nicippo haud nocuit ſeminis effuſio eſtò, ſed non voluntaria,& coeundo effuſio illa erat, verum naturalis, vel à natura facta, & morbi cuiuſdam cauſa fortaſsè. non obfuit inquam, Ideoque eundem caſum adnotauit amplius Hipp.& tanquam rarum monumentis ſuis recondidit. *lib.4.c.5.*

Aſclepiades denique cubantis luxuriæ ſe ſubſcribabat, ſed aduerte quia luxuriæ inquit, cum luxurioſis agens, valdeque flagrantibus,& conſuetis etiam veneri, venerem ipſam admittebat, ſed cœteris paribus, nonnulliſque exiſtentibus conditionibus, cum quibus venerem exhibere conducebat fortaſsè.

Secundum quod circà excreta, & retenta diſcutiendum proponebatur, erat lac; Vtrum ſcilicet febrientes mulieres lac exhibere valeant?

Lac materialiter ex ſanguine generatur cum Ariſtot. *Ariſt.4.de gener.anim.c.8.* eadem inquiens materia eſt, quæ alit,& ex qua generationem natura conſtituit, eoque ſanguineus humor in ſanguinem habentibus eſt: lac enim ſanguis concoctus eſt, non corruptus, vt Hipp.lib.de nat. pueri affirmauit, & alibi. *Lac non ex ſanguine, ſed ex materia, qua fit ſãguis conſtare, eſt etiam opinio.*

Igitur in illis etiam mulieribus, in quibus plenitudo erit, vel copia ſanguinis, lactis exhibitionem præcipere valebimus: & eò magis, cum tales lactantes mulieres viribus deſtitutæ non erunt, ſed valentiores, non valde febricitantes,& hanc per mammas lactis euacuationem diù etiam conſuetam habuerint: diuturnæ quoniam

euacuationes ſi repentè claudantur, ægrotantes in maiorà diſcrimina ducunt: Vndè Hipp. de hemorrhoidibus, in aph. à diuturnis, inquit ſanato hemorrhoidibus, ſi vna non ſeruatur neceſsè eſt in tabem, vel hydropem tranſire.

Hip. 6. aph. 12

Per eandem lactis euacuationem preterquam quod aliquantulum corpus ægrę refrigeratur, poterit interdum natura excernere cauſam febris, & ſic eãdem ægrã poſtmodum ſanare. Vnde lactis exhibitio febrientibus fœminis non tutò prohibetur, at nonnunquam præcipienda eſt, reſpectu ipſius tamen, loquendo, mulieris febrientis: reſpectù verò fœtus cui lac exhibetur nunquã bona eſt, cum lac illud febriculoſum ſit, valdeq; calidum.

Ideò in hoc caſu, lactis euacuationem laudarem per aliquod inſtrumentum artificiale, vt ſæpe ſæpius fieri ſolet; exhibitionem vero fœtui ſemper & quandocunq; damnarem.

CAPVT NONVM.

De animi affectibus in ordine ad febres.

ANIMI Accidentia ſunt de cauſis conſeruantibus, & permutantibus diſpoſitiones humani corporis, inquit Auic. & ratio eſt, quoniam affectione animi ſpiritus nonnunquam recreantur, interdum verò maximoperè corrumpuntur, cum Gal. à quà poſtmodum corruptione infinitæ oriuntur morborum ſpecies, infinita ſymptomata mors ipſa tandem aliquibus acceſſit. Diodoras ſapientiæ dialecticæ profeſſor, luſoria quæſtione non protinus ad interrogationes Stilbonis diſſoluta, pudore perijt. Lacon Chilo inſignis Phyloſophus cum filium olimpici

Auic. fen. 1. doctr. 1. lib. 1. c. 1.

Gal. 12. meth. 5.

Plin. li. 7. c. 53

cer-

certaminis victorem conſpiceret præ nimio gaudio expirauit, vt etiam Sophocles, Dionyſius Tyrannus, & alij ab eodem gaudio interfecti recenſentur. Maximè igitur faciunt animi affectus ad valetudinem noſtram. Vndè curaturus febres de iiſdem etiam dicendum eſt aliquid.

Plures inquam referuntur à Doctoribus animi affectus, nempè timor, gaudium, triſtitia, amor, miſericordia, ira, vel aliud huiuſcemodi: genericè tamen ad quatuor capita referuntur: gaudium ſcilicet, ſpem, timorem, atque dolorem. vndè Boetus de conſolatione concinens. *Boetus 1. de conſol. metr. 7*

Gaudia pelle, pelle timorē, ſpemq; fugato, nec dolor adſit.

Et Virgilius; *Virg. 6. Aenei.*

Hic metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque,
Nec auras,
Reſpiciunt, inquit. Quæ etiam omnia quatuor genera animi affectionum ſubiectiuè, & materialiter ſciendum eſt in ſanguine, & corde fieri cum Galeno his verbis. *Gale. lib. de ſympth. cauſ. c. 5.*

In timore ſanguis, atque ſpiritus in interiora cordis retrahuntur, ex quo fit, vt partes in ſuperficie poſitæ maximè deindè algeant: per iram verò, & diſtenduntur, & caleſcunt. Certamen verò, vt vocant, ex vtriſque conflatum, inæquales habet motiones. Vndè per verecundiam animalis facultas, in primis quidem ad interiora. ſed rurſus affatim redit ad exteriora; quod ſi non redierit, iam non verecundia, ſed timor cenſeri debet: quippè verecundia derepente fit animata facultate nihil mali perpeſſa. euenit, inquit idem Galen. vt ità dixeris, ob molliciem, natiuumque timorem, cum quis præſtantioris conuerſationem ferre non potens, fugam parat, & procul, ſi liceat, abeſſe percutit, vndè fit. vt recedat dumtaxat ad intima, veluti ſubterfugiens, idque

citrà refrigerationem: excitante verò, impellenteque ratione patibilem animæ partem. nempe eam quæ, & timet, & verecundatur, mox redit, ferturque foras eo maximè motionis modo, quo calor reuocatur iis, qui in frigida ſe lauerunt. At in timore, neque excitante, neque impellente ratione patibilem animæ partem, magis, ac magis calor extinguitur, vt nonnulli rigore quoque infeſtentur. Vt in timore autem, ità in mœſtitia paulatim fit motus, magnitudine duntaxat, ac vehemẽtia, non toto genere differentibus inter ſe pathematis. Atque nonnulli ob timorem ſubitanea morte perierunt: vbi debilis ſuapte natura animula, ſub valido pathemate oppreſſa, conſertim & extincta, & ſuffocata eſt. Etenim extinctio pathematis naturam ſequitur ob refrigerationem eueniẽtis: ſuffocatio verò cum vniuerſus ſanguis ad principium confluit, deferturque.

At ex iratis, ſubiungit ibidem Galen. nemo mortuus eſt, vtpotè quibus neque calor refrigeratur, neque robur diſſoluitur. Præ gaudio autem, nonnulli ſupra modum puſillanimes mortui ſunt, haud aliter quam timentes, ſed non ita valido motu, aut feruore, ad exteriora fertur animata facultas: quin è contrà, ſi quid anteà fuit ei roboris, id nunc exoluitur, laxaturq; quum enim nimio gaudio laxata petit exteriora, diſcutitur, atque diſſipatur. Iam dolor è diuerſo cogens animam moueri, haud leuiora, quam maximus timor, affert ſymptomata. quippe laborantes decolores apparent, refrigerantur, vigore concutiuntur, tremunt; pulſus minores redduntur, & abolentur; tandem veluti ſiderati, attonitique moriuntur: nam & in iis fugit intimus calor ad principium, ac anima ſoluitur, ſimul, & extinguitur. Et hæc Galen.

Quibus omnibus nunc poſitis dicerem ego, in febribus, cunctos illos euitandos eſſe animi affectus, in quibus

bus ſanguis, atque ſpiritus calefiunt. cuiuſmodi omnes ferè ſunt, præter leue gaudium: in quo tametſi ſanguis quoquo pacto etiam calefiat, nihilominus quoniam id cauſa eſt, vt à corde calor euadat, in quo febres accēduntur; eſt etiam cauſa refrigerationis ipſius corporis, quam aliàs. nimirum veluti affirmabatur, in gaudio cor ipſum refrigeretur fons caloris; & per conſequens corporis partes dehinc omnes. Et ſic omnes animi affectus, vt animi affectus ſunt, in febribus per quam euitandos eſſe concludemus, præter leue gaudium, & delectationem.

CAPVT DECIMVM.

De Chirurgia in febribus.

HACTENVS de ſex rebus nõnaturalibus, & parte diætetica medicinæ diſputauimus; expedit ergò, vt ad aliam trãſeamus, quę χειρουργία græcè dicitur, à χεὶρ χειρὸς, videlicet manus vocabulo; quandò huiuſmodi medicinæ pars manibus etiã exerceatur: Medicina, inquit enim Corn. Celſus, in tres partes diuiſa eſt, vna victu, altera medicamentis, tertia verò manu medetur. *Celſ. in proę.*

De hac medicinæ parte quæ manu medetur agentibus nobis, plura ſunt quæ diſquirenda offeruntur: cum eadem mediante, plures etiam celebrentur operationes. præcipuè verò in ordine ad febres de quibus noſtrum eſt inſtitutum, phlebotomia, vel ſanguinis miſſio latinè eſt, quæ ſæpè ſępius exercetur. Quibus igitur inſtrumentis vtantur chirurghi pro ſanguinis miſſione facienda primò quæritur.

Hippoc. in lib. de medico, ſcalpris incuruis in ſumme non valdè anguſtis vtendum inquit. Ibidem nominat

 quo-

quoque gladiolos acutos, vel latos; eſt nimirum gladiolus inſtrumentum expeditum, quo etiam chirurghi noſtri ſeculi vtuntur, & secũdum medici phiſici intentionem, vel acutum, vel latum gladiolum exercent ijdem, prout etiam, vel craſſum, vel ſubtiliorem ſanguinem exire cupimus.

Hip lib. de medic. & loc. in hom.

In eodem libro, & alibi meminit idem Hippoc. cucurbitularum, quæ etiam temporibus noſtris in vſu veniunt, & vel ſacrificatas, vel ſine ſacrificatione applicamus.

Quartò ſanguinem extrahunt hyrudies, vel ſanguiſughæ aliter dictæ: animalia muſculoſum os habentia, adeoque valens, vt eodem & cutim, & venas interdum reſerent; & ſic etiam ad libitum medicorum deinde ſanguis euocetur iiſdem mediantibus hirudinibus. Sciſcitatur à plurimis vtrum huiuſmodi etiam animalibus pro exercenda phlebotomia ſupradicta, vteretur Hippoc. cum in lib. prorrhit. βδάλλαν dixerit; quam dictionem Gal. hirudinem interpretatur. Huic quæſtioni modum conſtituit Alexand. Petronius, cum Dioſcoride primò βδάλλαν venam varicoſam interpretans. Vndè cum nunquam alibi huius vocabuli meminerit Hippoc. veriſimile eſt nec etiam vſum fuiſſe pro phlebotomia iiſdem hyrudinibus.

Gal. 4. de loc. aff. 5.
Cagn lib. 2. var. lect. c. 2.

Quintò naris vnguibus ſcalpta ſanguinem non effudit, inquit alibi Hippoc. Ex quibus verbis, nonnulli, vngue argentea vſum fuiſſe, ad ſanguinem extrahendum, Hippocratem concluſerunt. quod necnè ſit verum dubitatur profectò: cum dicta Hippocratis non minus de vngue argentea, quam propria naturali digitorum intelligi valeant.

Hipp. 6. epid. ſect. 6. t. 6.

Secundo loco de eadem phlebotomia quibus in partibus corporis humani facienda ſit declarandum proponitur. Soranus Epheſius in Iſagogis ſic loquitur de

venis exſecandis. In occipitio propter quærelas capitis incidimus vſque ad os menſura quatuor digitorum ab aure.

De lingua duas. De media fronte vnam. De naribus item. De collo duas. De manibus vnam ſecus digitum minimum propter inflammationem ſplenis. Super pollicem vnam propter inflammationem pulmonis. Sub talo pedis duas. De ſub digito pollicis pedum duas propter indignationem teſticulorum. De bracchio tres, cephalicam, ſcilicet, meſon, & epaticam.

A Galeno, & alijs antiquioribus, aliæ etiam venæ ſecabantur: cuiusmodi quæ ad angulos oculorum magnos decurrunt;aliæ duo, quæ in parte anteriori labiorum vtrinq; adſunt. quæ in mammis ſunt; tres aliæ in cruribus,& huiuſmodi.

Præter venas Cœlius Aurel.antiquo tempore meminit quoque fuiſſe ſectas arterias. vt etiam Galen.lib.de curandi ratione per ſanguinis miſſionē circà finē, conſueuiſſe recenſet quoſdam medicos incidere arterias, quæ in temporibus circà malleolos, & poſt aures ſunt. Somnio monitus idem Galen. aggreſſus fuit ad ſectionē arteriæ inter dextræ manus pollicem, & indicem,& bono etiam conſequuto fine,vt retulit. *Cęl lib. 1. chronicon. c. 3.*

Arteriothomiā maximè familiarē Aegyptijs fuiſſe refert Proſper Alpinus. noſtri autē medici, & multis etiā ab hinc annis, ab huiuſmodi arteriarum ſectione abſtinere ſatius iudicarunt, cum & periculis plena ſit; atque prę́ſertim ſi arterias magnas ſecari contingat: cuiuſmodi illæ bracchij ſunt, quas citrà ἀνεύρισμα ſemel tantum inciſas coaluiſſe vidit ipſe Galen. nonnullos inſuper interijſſe, tranſeunte nimirum hemorragia in gangrenam. alios denique dum aneuriſma à chirurgo tractaretur, ab eodemmet chirurgo occidiſſe. *Proſp. Alpin. lib. 2. c. 11. & 12.*

Sed de his quidquid ſit, ſecentur venæ, ſecenturque

artetię,

arteriæ,quid eſt illud quod venis apertis euacuatur ſubſequenter quæres? Huiuſmodi petitio inanis fortaſſe videbitur nonnullis, cum nemo ignoret illud quod euacuatur ſanguinem eſſe. Vndè Galen. in meth. venæ ſectio, inquit, ſanguinis euacuandi gratia fit. Clarum est inquam ſanguinem ſecta vena fluere. quià verò maſſam ſanguinis vtraque bile, & pituita cum ſanguine proprio componi aſſerunt omnes: Vtrum phlebotomiæ celebratione vnicus etiam ſanguis exeat, reliquis omnibus remanentibus;an verò venis reſeratis,omnes etiam alij humores ſimul effluant? & id eſt quod ex prima quæſtione intendebatur.

Gal.9.meth.c.11.

Simplicem ſanguinem reperiri ſupponitur apud omnes medicos: ſicuti enim quatuor ſunt elementa verè, ita ēt quatuor exhibentur humores,etiam verè,& realiter inter ſe diſtincti;vtraq; bilis videlicet, pituita,& ſanguis:vtraq; bilis autē,pituita,& ſanguis dicti humores ſimul mixti componunt tertium quid, ſanguis, vel αἷμα græcè appellatū, & ἀπὸ τοῦ αἴθειν dictū: fortaſſe propter calorem,cuius ſanguis fons eſt. quamquam inquam ſanguis mixtum quoddam ſit, & ex pluribus conſtatū, nihilominus vna res dicitur, formaque vna continetur. Vndè nec etiam vnicum ſanguinem,at ſimul omnes humores exire dicendum eſt phlebotomia adminiſtrata. non eſt enim vis aliqua in ſanguinis miſſione, quæ diſcernat,vel ſeparet humores,& hos ducat, illoſq; dimittat,vt facere quædam medicamenta aſſeruntur.

Neque obſtat interdum acutos, vel latos gladiolos cum Hippocrate ſuperius exerceri debere: & foramen, vel acutum,vel latum à phyſicis medicis iuberi. quoniā id fit, non quià humores particulariter intendantur, ſed vt magis ſubtilis vel calidus ſanguis craſſior frigidiorq;euocetur,prout indicatio erit ſubtilioris euacuādi,vel craſſioris etiam,medicinam facienti.

Sed

Sed à quibus corporis partibus educatur ſanguis cũ vena aperitur iterum quæritur? Nemo ſanè ignorat immediatè prouenire à vena ipſa quæ inciditur; Sed vetus quædam opinio fuit à Galen. memorata, nihil referre quamuis venam incidas; nam omnes omnibus affectibus apertè æquè proſunt. *Gal. lib. de cur. rat. c. 1.*

Videtur fauere huic ſententiæ primò Hippocr. cum omnes venas inter ſe communicare, & mutuò confluere docebat. vndè Veſſalius inter recentiores, omnes venas, vnam eſſe venam etiam aſſeruit. Auicenna phlebotomia inquit euacuatio eſt vniuerſalis; & ex Hippocrate forſan, confluxio vna, conſpiratio eadem, conſentientia omnia, alibi aſſerente: vel etiam ex Galen. totum corpus euacuari, affirmante, cum vena aperitur. Trallianus denique, nihil minus iuuabis, inquit, ex quacumque parte ſanguinem detraxeris. cum omnia ſimul euacuentur. *Hippoc. lib. de loc. in hom.* *Veſſal li ana. tom. obſeruat.* *Gal. 2 acut.* *Trall. lib. 1. c. 17.*

Ex altera parte Hipp. & Gal. cœteriq; medici rationales omninò his contraria docuere. Dolenti enim capitis parte poſteriore recta vena frontis inciſa iuuat, legimus in aphoriſmis. non igitur quamquumq; ſed prçcisè illam quæ in fronte eſt recta, ſecuit Hipp. *Hipp. 5. aph. 69.* *Hipp. 4. acuti 73.*

Quartò acutorum in pleuritide ſecari iubet quoque venam lateris affecti. Et alibi, pro dorſi, aut coxendicum doloribus, ſanguis, inquit, mittẽdus eſt ſectis venis exterioribus in poplite, aut molleolo. In epid. proximum ventrem purgato, ventrem ſanguinis ſecato legitur. Et non venæ ſectio profuit, neque quæcumque alia tentaui, ſecui etiam venam ſub lingua, quoſdam purgaui, & huiuſmodi. *Hippoc. lib. de nat. hum. c8. 2. 1. 6.* *Hipp 6. epid. ſect. 7.*

De quodam laborante canina fame; Vbi verò, inquit, vena ipſi ſecta eſſet in vtraque manu donec exanguis redderetur, poſteà vtilitatem percepit, & à malò liberatus eſt. *Hip. 5. epid. in princ.*

Emit-

Hipp. lib. de nat. hum.

Euitendum eſt autem, denique alibi legitur in eodem Hipp. vt ſectiones quam longiſſimè à locis faciamus, vbi dolores fieri, & ſanguis colligi ſolet; ſic etenim mutatio minimè magna derepente fiet, & conſuetudinem remouebit, vt non amplius in eundem locum colligatur.

Hæc ad præſeruationem docet Hip.

Gal. lib de cur. rat. per ſanguin miſſ. c. 16. lib. de San. tuend. c. 16. & 13. met. c. 9.

Gal. lib. de Cur. rat. per ſanguinis miſſionem longa oratione docet, quæ in quibus affectibus venæ ſecandæ ſint. Ibidem, & lib. de ſanitatis ingenio; humerariam dixit venam ſecandam in capitis affectibus; internam cum partes infra caput laborãt. mediam verò vtrique generi communem eſſe. Ex quibus, & alijs, vt verum eſt, manifeſtè colligitur non omnem venam in omnibus affectibus ſecari valere, ſed in hoc illam, in illo autem hanc, & ſimilia.

Non obſtant quæ ſuperius aduerſa ferebãtur: ſiquidem eſtò venas cum Hipp. mutuò inter ſe confluere, & communicare: hæ autem cum his magis, cum illis verò minus communicant, reſpondetur. vt etiam vna vena omnes venæ cum veſſalio; ſed multæ ſunt earundem venarum propagines, multifariam per corpus diſtributæ, vndè fit hanc partem cum illa magis, aut minus conſentire, magiſque vel minus etiam quam aliam ſecandam eſſe.

Phlebotomia cum Auic. euacuatio eſt vniuerſalis vtique: cum Galen. corporis omnes partes quaquumq; ſecta vena euacuantur, etiam concedimus; non æquè tamen ſubiungentes.

Et ſic firma remanet concluſio noſtra, non omnes venas in omnibus affectibus ſecari valere, vt nonnullorum fuit opinio à Gal. ſuperius recenſita.

Subſequenter de ſanguinis miſſione declarandum accedit quem fructum ex eadem percipiamus.

Et quidem duplex fructus, phlebotomiam ſequitur præ-

præcipuè. Primo videlicet, detrahitur copia maximè grauis cum Galen. ægrotantibus. & ſic exonerata natura ab eo quo tanquam ſarcina præmitur, melius concoquit quod concoquendum eſt, quod verò expellēdum melius expellit. Gal. 11. meth. c. 4. Gal. lib. diſto c. 15.

Secundò phlebotomia corpus ęgri refrigeratur, quod primò, & principaliter intendimus in curationibus febrium de quibus ad præſens. Quod verò phlebotomia refrigeret præter quam quod ſenſu ipſo conſtat, docuit Gal. in meth. & alibi: Refrigerat autem ſanguinis miſſio quoniam calidi ſucci partem eximit. Gal. 9. meth. 4. 5. 10. meth. 10.

Vlterius de eadem ſanguinis miſſione ſciſcitantur doctores à quo demonſtretur, vel indicatio hauriatur. Atque indicatio compræhenſio ſcilicet iuuantis cum compræhenſione nocentis, abſque experimento, & ratione, deriuatur à pluribus. cum Galen. autem, & neotericè cum Eurnio Vltraiectano, quod primò, & principaliter indicat affectus ipſe eſt, vel ipſe morbus. Gal. lib. de ſectis ad eos qui introd. Eurnius lib. 1 inſtit. med. c. 3

Deinde cauſa:

Sympthoma

Temperamentum ægri

Pars affecta

Vires decumbentis ægri

Aer ambiens

Aetas

Conſuetudo

Pœculiaris cuiuſque natura

Sexus

Exercitium

Longitudo, vel breuitas morbi

Quatuor morbi tempora

Particulares eiuſdem morbi paroxiſmi

Ordinatæ naturæ functiones

Medicamentorum vires

Syde-

Syderum influxus,& huiuſmodi alia indicant.

Ex his omnibus planè ſumuntur indicationes in febribus, & hac diſtinctione, quod nonnulla propriè, & principaliter,alia verò impropriè,& ſecundario indicet. Propriè indicant morbi,vel febres ipſæ,& earundem naturæ.ſiquidem hæ ſolum ſunt quæ primò,& per ſe quid agendum demonſtrant.impropriè verò indicantia cętera alia ſunt ſuperius recenſita.

Hip.1.aph.23 & 4.acut. Sed dices Hippoc.in aph.& alibi prodeũtia,docet,nõ multitudine ſunt æſtimanda,ſed ſi talia deijciantur,qualia conueniunt, & ægri facilè tolerant; hoc eſt ſi vires ęgri ſufficientes ſint euacuandum eſt,etiam ad animi vſque deliquium.

Gal. 4. meth. c.6. Igitur vires indicant miſſionem ſanguinis, non verò morbi,eorundem naturæ,& coetera talia. vt etiam Galen. affirmare viſus eſt cum ſcopos purgandi, vel phlebotomandi, magnitudinem morbi, & virium robur affirmabat.

Reſpondetur,& primò ad aph. Hippoc. nequaquam intelligi de indicatione remedij dicimus,ſed de iudicandi modo remedia iam adminiſtrata.non pertinent, profectò,illa verba ſi facilè ferant, ad indicationem quæ à viribus ſumenda ſit: quandoquidem indicatio præcedit opus,ſed verba ſi vires ferunt,è contrà opus ſequuntur,cum ex ijſdem deiectiones,cognoſcamus,vel euacuationes iam geſtas fuiſſe perquam opportunas.vnico verbo iudicationem morbi factam,non verò indicationem, continet in ſe aphoriſmus ſuperius Hippocratis.aut ſi aliquam fortè fortunà intelligebat indicationem in eodem loco Hippocrates,non propriam,ſed impropriam indicationem dicemus.

Quod verò Galen. ſcopos phlebotomiæ,magnitudinem morbi dixerit,cum viribus,nihil indè contrà nos: ſiquidem indicant morbi, coindicant vires affirmabimus.

mus. Vel Galenum eo in loco reſpectiuè loquutum, aſſeremus, cum multa recenſeat indicantia, cuiuſmodi ætatem, anni tempus, viriũ robur, & ſimilia: inter quæ poſtmodum virium robur, ſubiunxit, phlebotomiam magis indicat, quam alia. non autem abſolutè, & ſimpliciter ſupradicta verba enunciauit Galen. cum alibi ſolam affectionem vel morbum, phlebotomiam demonſtrare dixerit, his verbis, Virium robur ſolam indicat alimoniam, morbi verò è contrà reliqua omnia præſidia oſtendunt. *Gal. 1. acut. s. 44.*

Miſſionem eandem ſanguinis propriè, & principaliter non à viribus, ſed à morbis ipſis indicari, probatur amplius, quia Hippocr. in acutis phlebotomiam iubet primò, non verò alimoniam. Et præterea ſi à viribus deſumeretur principalis indicatio, ſequeretur in quocumque morbo validæ eſſent vires, promiſcuè, & nullo alio habito reſpectu, eſſe ſanguinem perpetuò mittendũ, quod maximè abſurdum eſt. A morbo igitur phlebotomia indicatur, & per conſequens à febre, febris natura, & non aliter. *Hipp. 4. acut. 18.* *Argumẽtum Maſſaria de vena ſect.*

Cum autem concludatur febres indicare miſſionem ſanguinis, quæritur amplius, quidnam ipſorum ſit: an ſcilicet febris ſpecies, quià videlicet alia indicet, alia verò febris recuſet. an febris magnitudo, quià eadem parua recuſet, ſecus ſi magna ſit, an denique ab vtriſq; coniunctim, non autem ſeparatim?

Hippocr. in acut. ſanguinem extrahendum eſſe, docet, ſi morbus magnus fuerit, & in aphor. extremis morbis extrema remedia optima ſunt. Igitur magnitudo febris, non verò eiuſdem aliud phlebotomiam indicat; vt etiam Gal. in meth. lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. & alibi viſus eſt idem affirmare. *Hip. 1. acu. 18* *Hipp. 1. aph. 6.* *Gal. 4. meth. 6 lib. de cur. rat. per ſang. miſ. c. 6. & 9.*

Contra hanc verò concluſionem Franciſcus Vall. in controuerſijs acerrimè inſurgit, & magnitudo ſupradi- *Vall. 7. contr. c. 2.*

cta,

cta, inquit, non magis contrariatur ſanguinis miſſioni quam purgationi. prætereà Galen. in meth. ſcopum hunc magnitudinis vtrique vacuationis generi communem eſſe aſſeuerauit: Atque Hippoc. inquit idem Vall. medicinam eſſe docuit adiectionem, & detractionem; ſunt autem morbi magni, qui ab inanitione fiunt neque vllam euacuationem indicant; verum è contrà potius adiectionem, cuiuſmodi tabes eſt exempli gratia, in qua nemo inueniatur ſanguinem educens: & hæc Vall. qui perbenè profectò loquutus fuit.

Gal. 4. meth. 6

Vndè non ſolam morbi magnitudinem phlebotomiā indicare dicemus, ſed magnitudinem cum redundantia ſanguinis. vt Gal. lib. de cur. rat. per ſanguinis miſſionem, in methodis, & alibi docuit: huiuſcemodi amplius redundantia nec etiam quæcumque ſed inſalubris indicat à quo ortus, vel oriundus aliquis morbus: vel orta, aut oriunda ſit aliqua febris.

Gal. li. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 5. 11. meth. 4. 8. 14.

Neque obſtat Gal. in meth. non eſſe redundantiam, dixiſſe, ſanguinis, quæ indicat phlebotomiam: Quandoquidem illud intelligendum eſt, quod nec ſola, neq; ſemper neceſſariò phlebotomiam indicat ipſa ſanguinis redundantia: non tamen cum alijs, nempè cum ipſa natura affectus, tum etiam magnitudine, quod indicare non poſſit.

Gal. 4. meth. 6

Sumitur indicatio, ſecundò affirmabatur, à cauſa morbi. Vndè Galen. lib. de curandi rat. per ſang. miſſ. Cœterum, inquit, vbi ferueſcentis eſt ſanguinis plenitudo acutiſſimam accendens febrem, ſubitò, ac ſimul euacuare expedit, inanire tentandum, vel ad animi deliquium vſque, virium modò inſpecto robore.

Gal. c. 12.

Sed dices Galen. in meth. ſaluberrimum eſſe, docuit, in omni febre putrida ſanguinem mittere. febres autem putridæ oriuntur à cauſis, vel calidis, vel frigidis, vel alias.

Gal. c. 15.

An

An igitur quæcumque cauſa indicet miſſionem ſanguinis, an verò calida magis, vel frigida, vel huiuſmodi?

Reſpondetur per ſe phlebotomiam demõſtrari à cauſa multa, & calida ſolum: per accidens verò à quancumque, & frigida, & humida, vel quomodolibet. Ergò loquebatur Galen. præfate mulieri licet iam tremore correpte Hipp. ſecare venam non diſtulit, cum è diuerſo nemo alter in tremoribus æquè & hidropiſi, vel frigido affectu vllo ſanguinem detrahere nunquam auſus ſit. Vt ſcilicet natura exonerata ab eo quo tanquam ſarcina præmitur, melius expellat quod expellendum eſt, vel concoquat quod concoquendum, vel alijs rationibus, & per accidens, quæcumque cauſa febrium phlebotomiam indicare poteſt. *Gal. de vena ſect. adu. Eraſiſtr.*

Tertio, dicebatur ſuperius, indicationem deſumi à ſympthomatibus. vt putà ſi in febre, exempli gratia, aliqua ſuperueniat magna inflammatio, in parte principali, vel aliud conſimile accidens, ſanguinis miſſionem ex recenti affectu indicari nemo inficiabitur, quãquam alijs rationibus non conueniret.

Sympthomata verò non modo indicant, verum è cõtra ſæpe ſæpius contraindicant eandem phlebotomiam cum Galen. in meth. Ergo, inquit Galen. idem, febricitare incipiunt nonnulli, vbi maximam crudorum ſuccorũ copiam vna cum oris ventriculi, quod ſtomachum vocant, offenſione, vel ex cruditatibus, vel alia quapiam occaſione congeſſerunt; nullique talium ſanguis mitti ſinè diſpendio maximo ſolet, cum tamen vacuationem deſiderent: verum nec ſanguinis miſſionem, neque purgationem ſuſtinent, vtpotè quos ſine his ſincope ſubitò adoritur. *Gal. 11. meth. 3.*

Aluo fluente, dicebat alibi Galen. nulla opus eſt alia vacuatione, atque præſertim phlebotomia, cum *Galen. 1. ad Glauc. c. 14.*

ex huiuſmodi in grauiora pericula deducantur ægri.

Sed in hac re de prohibente ſanguinis miſſionem, perpulchra ſe ſe offert nobis diluenda quæſtio perutilis & curioſa.

Vtrum videlicet poſt concubitum huiuſmodi vtendum ſit præſidio in febrientibus? Communis enim opinio eſt apud omnes ferè medicos, nō modò in febribus, verum etiam in omnibus alijs morbis, miſſionem ſanguinis poſt concubitum haud eſſe celebrandam, niſi vt Auicenna docuit, poſt ſextum diem. idq; adeò rigoroſè obſeruant nonnulli, vt prius ægrotos à morbis necari permittant, quam ipſam phlebotomiam exercere velint.

Hip lib. de genitura, & in epid. Nituntur huiuſmodi opinionem munire auctoritate præſertim Hipp. edocentis genituram robuſtiſſimum quid eſſe, conſtat autem, quia tametſi paucula re emiſſa imbecilles reddimur. Igitur nec etiam à concubitu ſanguinem mittere expedit, quià adderetur debilitas debilitati, inquiunt. Accedente, inſuper, eundem Hippocratem in hiſtorijs Nicodemi, & adoleſcentis ex Moelibæa febricitantium à venere, hoc præſidij genere nec etiam fuiſſe vſum.

Gal com 3.6. epid.t.16. Hipp.6. epid. ſect.3.t.44. Concubitus ex altera parte inquit Galen. naturalis, & neceſſaria eſt ſanitati euacuatio, quemadmodum aliorū excrementorum. & in ijſdem epid. inter ea quæ prohibent ſanguinis miſſionem, tempus anni recenſet Hipp. vel pleuritidem, nequaquam verò concubitum.

Huiuſmodi hinc inde ſic ſe habētibus dicerem, quod concubitus duplex eſſe poteſt, vtilis videlicet, nec non etiam inutilis. in vtili, vel ab vtili concubitu non timenda eſt phlebotomia; poſt inutilem verò etiam atque etiam prohibendam eſſe affirmandum eſt.

Sed quiſnam vtilis concubitus, quis verò inutilis?

Celſ. lib.1.c.1. Scire licet eum concubitum non inutilem eſſe, inquit Com. Celſus, quem corporis neque languor, neq; dolor ſequitur.

ſequitur. Si itaque poſt concubitum languor, vel dolor ſequantur alicui febricitanti, etiam ſi à morbo, vel aliàs phlebotomia indicetur, nequaquam celebranda eſt: aut ſi peragi cogantur medici, eadem exacta cum diligentia, vel prudentia molienda eſt: & paulatim, vel re petitis vicibus, vtque vires cum Hipp. ſufferre poſſint, necnon etiam morbi totam latitudinem perdurare. Si autem neque dolor, nec laſſitudo eundem conſequantur concubitum, verum è contra, excitatio quædam ipſius corporis (namque vt idem aſſeruit Cornel. Celſus, rarus concubitus corpus excitat) atque inſuper morbi, vel febres phlebotomiam peragendam indicent: phlebotomare formidandum non eſt: præſertim verò ſi cum coniunctis res agatur, vel ægris temperamento calidis & humidis, in quibus cum ratione temperamenti, tum etiam ratione inueteratæ conſuetudinis, tantum abeſt vt ſanguinis miſſio obeſſe valeat, vt contrà iuuet potius, & interdum optimi medicamenti vires gerat. Celſ. ibid.

Neque obſtat, quod ex Auic. primo loco in aduersũ ferebatur. ſiquidem ſextus dies exputandus eſt cum Auicen. poſt concubitum inutilem, non autem vtilem reſpondetur. non etenim vtilis concubitus, ſed inutilis eſt qui vires deſtituit. quinimò turgentibus hominibus ad venerem, & poſtmodum coeuntibus, non modo vires imbecilles euadunt, ſed è contra, tanquam à ſarcina exonerati, vegetiores efficiuntur homines.

Semen emiſſum cum Hippoc. ſtatim debilitat, vtiq; ſi ipſo videlicet non turgente animali, aut immodicè exprodatur, vt diximus.

Quod denique idem Hipp. in hiſtorijs Nicodemi, & adoleſcentis ex Mœlibæa ſanguinis miſſionem haud retulerit, nihil contra nos. cum ex Galen. Hippoc. in ægris epid. ea omnia adminiſtraſſe præſupponatur, quæ ex arte medica præcipiuntur, & ſi cuncta præſidia nequaquã Galen. 3. epid. com. 2. t. 4.

ignoſco miſeris medicis, vtputè qui ſemper de morte calumnientur ægrorum,obiurganturque. Sed quoniam ex alia parte plus charitas in proximum,quam alij quilibet reſpectus apud chriſtianos medicos valere debet: Ideò caueant obſecro lectores mei aliter exercere medicam artem,quam conueniat,& ex doctoribus benè docetur; ſique ſudor vel aliquis alius naturæ motus contraindicet artis opera,derelinquenda omninò ſunt: quidquid doceant politici, quidquid lucra promittant. ſiquidem Deus optimus maximus omnium actorum iuſtus remunerator ſemper fuit, eſt, & erit.

In 42 ægris li. 1. & 3 non recenſentur præſidia, vel rara.

In 5. & 7. lib. ſæpè legitur etiam curatio

Quarto indicatio mittendi ſanguinis oritur à temperie totius corporis. Si ſanguinis enim prædominium adſit,quod diſtendat,veluti profectò in phlegmone fieri ſolet,protinus vbi vires ægri valentes ſunt ſanguis mittendus eſt,inquit Galenus. Sed ſi is vel ſanguinis miſſionem timeat,vel imbecillis viribus ſit,tum reuellendus in diuerſum ſanguis eſt, tum per propinqua deriuandus. In ſanguineis itaque febricitantibus mittendus eſt maximè ſanguis, ſi indicatio à temperamento deſumatur.

Gal. 11. meth. 8.

Quintò indicationem dicebatur haberi à parte morbo oppreſſa. Vndè Gal. lib. de cur. rat. per ſanguinis miſſionem, ſecari iubet in cubito venam, ſi ex dextra nare prorumpat ſanguis, in bracchio dextro, ſin ex altera in ſiniſtro.

Gal. c. 11.

Et inferius, In quibus autem iuxtà ſectam venam phlegmone eſt ingens,optimum eſt ſanguinis in colore, & in conſiſtentia mutationem expectare,ſicut indicauit Hippoc. in acut. victu de pleuritide verba faciens: alius enim eſt qui in phlegmone eſt ſanguis,quam qui ſecundum naturam,vtpotè plus excalefactus.

Gal. c. 14.

Quin & pleuritis, alibi legitur, quæ è directo laborantis lateris adhibita fuit ſanguinis miſſio clariſſimam

Galen lib. de cur. rat. per ſang. miſ. c. 16

ſæpè vtilitatem attulit; quæ verò ex bracchio oppoſito, aut omninò obſcuram, aut certè poſt temporis interuallum.

Namque, inferius ait, hi tres ſunt loci mittendi ex cubito ſanguinis; Interior, exterior, medius. Igitur interior vtilis eſt in ijs quibus inferiores collo partes patiuntur: exterior verò in ijs quibus, quæ ijs ſuperiores ſunt, vt facies, aut caput: Medius verò locus interdum vtraſque ſimul habet diductas venas in alteriorem bracchij partem tendentes, ac deindè his coeuntes, &c.

Et cap. 18. porrò quemadmodum prædictæ partes in cubito ſecta vena iuuantur, nempè quæ partes infià collum vſque ad renes ſunt, ſic quæ inferiores ſunt illis, quæ per poplites, & malleolos decurrunt: ſunt autem dictis inferiores coxendix, vterus, veſſica, & renes. at renes cui parti adſcribi debeant ambigunt: ſiquidem inferiores ſunt ijs quas primò loco retulimus, ſuperiores verò ijs, quæ ſecundo loco dictæ.

Mille huiuſmodi loca apud Hipp. Gal. & alios repeririuntur manifeſtè commonſtrantia in ſanguinis miſſione etiam partis affectæ habendam eſſe rationem. Quæ itaque in febribus afficiatur pars maximoperè exquirendum eſt, cum ex eadem quoque præſidia coindicentur.

Galen. lib. de cur. rat per ſang. miſſ. c. 9. Gal. c. 11. & 12.

Sextò indicationem dicebatur deſumi ex viribus decumbentis ęgri. Conſtat id primò per Gal. ſic loquentem. Coeterum primi, principeſque mittendi ſanguinis ſcopi ſunt morbi magnitudo, & virium robur. Atq; inferius, Vbi ergò multa euacuatione eſt opus, & vires imbecilles ſunt, in his euacuationem partiri expedit. Igitur etiam viribus proſpiciendum eſt in febrium curatione.

Galen. lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 6.

Septimò iniebatur indicatio ab ambiente. Et ideò, ſi verò, inquit Galen. horum nihil ſit, coeterum hyems fuerit, ijs per ſangninis miſſionem, & totum corpus refrigeratur,

geratur, & accidunt nonnulla, quæ ad grauem ſequuntur refrigerationem ſympthomata. Et illi inſuper quibus medici nihil omninò de temporum ſtatu cogitantes ſanguinem abſtulerunt, naturæ etiam conceſſerunt. *Gal. lib. 1. ad Glauc. c. 14.*

In calidioribus anni temporibus, legitur apud eundẽ Galen. & ſub ortu canis à ſecanda vena nos continemuſ. Ob hæc igitur neque in locis ſuprà modum calidis, aut frigidis, ſanguinem mittere expedit. In locis ſupra modum calidis inquam; quoniam tametſi calida, vt calida indicent ſui refrigerationem, quæ phlebotomia mediante maximè aſſequitur: nihilominus quoniam phlebotomia vires perquam proſternit, propterea in regione calenti maximè aufugienda eſt: In hac ſiquidem regione calenti patefactis poris, aſſiduò etiã ſpiritus effluunt, & corporum interiora nimis refrigerãtur: vndè nec etiã phlebotomia celebranda eſt, aut ſi peragenda valdè exilis ſit, vicibuſque repetitis, vtque vires haud infringantur, vel vitales labefactentur facultates. In tempore, vel regione frigidiſſimis: quamquam ſucci calidiores exiſtant in vaſis hominum ratione antiperiſtatis, nihilominus largè phlebotomare, nec etiam debemus. quià vt natura viribus frigoris conſiſtentis par eſſe valeat, vtque ſe ſe tutam reddat ab iniurijs dicti contrarij frigoris, eget in ſanguine illo pluri calore, quo ſecus derogato, impenderet periculum abolitionis. *Galen. 6 epid. ſect. 3. t. 44.*

Et ſic etiam ambienti in febrium curatione reſpiciendum eſt.

Octauo indicationes fluunt ab ætate ſecundum Hip. Galen. & alios. In acutis ſanguinem mittas inquit Hippocr. ſi morbus magnus ſit, ægerque iuuenis, & robur adſit. *Hipp. in acuti & Gal. c. 9. li. de cur. rat per ſang. miſſ.*

Sed ex huiuſmodi Hippoc. verbis videntur ſegregari à ſanguinis miſſione cœteræ omnes ætates; atque præſertim pueritia, & ſenectus. Quæritur itaque in præ-

Digitized by Google

ſenti, vtrum in pueris, & ſenibus venæ ſectio facienda ſit?

Gal. 11. meth. c. 14. 9. meth. 5. At ſi febris, inquit Galen. in puerum incidat, qui decimum quartum annum adhuc non attigit, mitti illi ſanguis non debet, propterea quod tantillis, cum præſertim calidi, & humidi ſint, plurimum corporis ſubſtantiæ quotidiè defluat, ac digeratur.

Gal. 9. meth. c. vltimo. Alibi verò idem Galen. non adeò totaliter ſectionem venæ in pueris denegabat, ſed connotatiuè ſic loquebatur. ſit enim & propter calidam, ſiccamque regionem, ac tempus æſtiuum, & ſtatum cœli impensè calidum, & ſiccum, notabilis per cutem in pueris euacuatio. Itaque etiam huius cauſa ijs, qui ſanguinis detrahendi egent, aut prorſus venam non ſecabimus, aut parum detrahemus. Etiam igitur parum ſanguinis detrahi in pueris valet; ſecundum eundem Galenum. Sanguinem inciſa vena mitti nouum non eſt, loquebatur Celſus; ſed nullum penè morbum eſſe in quo nō mittatur nouum eſt. Item mitti iunioribus, & fœminis vterum gerentibus vetus eſt. In pueris verò idem experiri, & in ſenioribus, & in grauidis quoque mulieribus, vetus non eſt: ſiquidem antiqui primam, vltimamque ætatem ſuſtinere non poſſe hoc auxilij genus iudicabant, perſuaſerantque ſibi mulierem grauidam, quæ ità curata eſſet abortum eſſe facturam, poſteà verò vſus oſtendit nihil ex his perpetuū eſſe, aliaſque potius obſeruationes adhibendas eſſe, ad quas dirigi curantis conſilium debeat. Intereſt enim non quæ ætas ſit, neque quid in corpore intus geratur, ſed quæ vires ſint. Ergò ſi iuuenis imbecillis eſt, aut ſi mulier quæ grauida non eſt parum valet, malè ſanguis emittitur. emoritur enim vis, ſi quià quæ ſuperat, hoc modo erepta eſt. At firmus puer, & robuſtus ſenex, & grauida mulier valens tutò curantur.

Celſ. li. 2. c. 10

His Celſi verbis de ſenioribus adſtipulatur quoque

Galen.

Galen. cum & ſeptuagenarijs, inquit; modò valentes adſint pulſus, ſi affectus iubeat venã ſecabis; ſunt enim quidam,& in hac ætate multi ſanguinis, vireſq; habent robuſtas, ſicut alij ſicci,& pauci ſanguinis.

Gal. lib de cur. rat. per ſang. miſ. c. 13

Itaque non numero ſolum modò animum aduertas, quod quidã faciunt, ſed & corporis habitui: ſunt enim qui ſexageſimo ætatis anno venæ ſectionem non ferant, cum quidam qui ſeptuageſimo nati ſunt anno perferant.

Et ſic & pueris, & ſenioribus, & omnibus poſtremò cuiuſcumque ætatis mitti ſanguis valet, dummodò vires adſint. indicat verò ætas, quia in iuuentute cum Hippoc. ſuperius magis tutum eſt phlebotomiam exercere, quam alijs in ætatibus; dummodò tamen cœtera ſint paria,vt è contrà contraindicat ſenectus viribus, vel alijs ſimilibus concomitata.

Hip. lib. de vuln. cap ſanguinem mittit in pueris.

Nonò ſumitur indicatio à conſuetudine. quoniam cum Galen. conſuetudinis ratio in inuentione eorum, quæ ad ſanandum conferunt, magnam ſibi partem vendicauit. In ijs igitur qui largę phlebotomię aſſueti ſunt, largè phlebotomandum eſt: vt è contrà exiguè in exigua conſuetis.

Gal. lib. de conſuetudine in fine.

Decimo ſumitur indicatio à pœculiari cuiuſque natura, idiocraſiam græci appellant: etenim cuique rei propria quædam natura eſt, quæ prouenit ex pœculiari corporis temperamento. Magnes exempli gratia ex propria natura trahit ad ſe ferrum,ſuccinus paleam. Tigres fugantur timpani ſono;Leones timent arcipitris cãtum,& ſimilia.ſi fortè igitur fortuna contingat aliquem etiam cum ſanguinis miſſione ſympatiam, vel antipatiam habere,, huiuſmodi etiam reſpiciendum eſt à medicis.

Vndecimo, demonſtrant phlebotomiam ſexus: vtrũ videlicet mas, an fœmina ſit æger decumbens obſeruandum

uandum eſt. quià mulieres morbis vt viri non ſimiliter capiuntur cum Hip.& vel grauida eſt mulier phlebotomanda, vel interdum cum largè fluentibus menſtruis, vel diminutè, vel alio modo. In totum verò, quoniam fœminæ copioſiorem viris ſanguinem obtinent, etiam largius ijſdem phlebotomandæ venæ ſunt.

Hip. 6. epid.

Duodecimò indicant exercitia; nam que ceci, exempli gratia, chimiſtæ, furnarij, & alij, qui calidis continuò obuoluuntur, miſſionem ſanguinis melius ferent, quam piſcatores, otio degentes, & alij ſimiles ſuperioribus contrariam vitam agentibus.

Hip. 1. aph 9. Decimotertio oritur indicatio à longitudine, & breuitate morbi: Proindeque Hippocr. in aphoriſ.& alibi: Coniectare oportet an æger ſufficiat cum victu perdurare donec morbus conſiſtat, & quæ ſequuntur. ſic etiam a ſimili, igitur, cõiectare debet an æger ſufficiat cũ tẽpore morbi durare phlebotomiã præcepturus medicus. ſiquidem eodem morbo breuiter duraturo, largã feret phlebotomiam æger; diù verò duraturo è contrà breuem, exiguaque quantitate; Et eadem quoque ratione quam Hippocr. in ſuperiori aphoriſmo ſubiungit: vt ſcilicet vires cum ipſo morbo durent, neque prius eodem extinguantur, aboleanturq.

Plurimum in hac re errare videam nonnullos, & medicos, & chirurgos interdum nimis audaciter in ſanguinis miſſione ſe ſe gerentes, proſpicientesq. ſolum qualitati effluentis ſanguinis; nequaquam verò quantitati, & viribus etiam ægri. quamquam conſcij ſint, quod relinquitur ſanguinis, iterum, atque iterum extrahendi locum adeſſe, minimè verò addendi, ſi iugiter nimis euacuatio fiat. infrà potius, quam ſuprà in hoc cælo Romano præſertim ſiſtere debemus. ſiquidẽ corpora hominũ cachomica ſunt, vt plurimũ, & in ſanguine virtus vitaq; tota conſiſtit, vt ſuperioribus demonſtrabamus.

De-

Digitized by Google

Decimoquartò indicationem deſumi affirmabatur à temporibus morborum. Galen. de angina loquens, ſic ait: Porrò quæ in gutture, & aſpera arteria graui torquentur inflammatione, in principio quidem apta in cubito vena, poſt principium autem in ipſa lingua magnificè prodeſt, inciſis videlicet venis, quæ in ea ſunt ambobus. *Gal li de cur. rat. per vena ſect. c. 19.*

Sic etiam in febribus, in principio reſerari ſolent venæ bracchiorum, vltimò verò manuum, ſi phlebotomia facienda ſit. Venæ bracchiorum in principio morbi, præter coeteras, melius aperiuntur, quoniam, & magis etiam corpora ægrorum refrigerantur; maioremque refrigerationem ſufferre valuerint. In fine autem viribus dictorum ægrorum confractis, venæ manuum cautius aperiuntur: & præſertim quæ ſaluatellà appellatur. tum ratione exiguæ futurę refrigerationis: tum etiam quià in morbis diuturnitate viſcera labefactantur, & lien præſertim, qui cum dicta vena cōſenſum habet ferè ſem per obſtruitur, augeturque. A vena caua, inquit Hipp. producitur quædam alia in ſiniſtram manum, fertur autem ſubter ſplenem ad ſiniſtri lateris mollitudinem vndè ſplen propagatur. Vndè vena manus ſaluatella, nuncupata, in fine morborum nonnunquam aptiſsimè inciditur, vel aperitur. *Hipp. lib. de loc. in homine.*

Decimoquintò ducitur indicatio à pœculiaribus paraxiſmorum temporibus. Et ſic Celſus, in impetu febris ſanguinem mittere hominem iugulare eſt: expectanda ergò eſt remiſsio ſi non decreſcit; ſed creſcere deſijt, neque ſperatur remiſsio, tunc quoque quamuis peior, ſola tamen occaſio non omittenda eſt. Atque Galen. in lib. de curan. rat. per ſanguinis miſsionem. Quamquam, inquit, quibuſdam id non ſatis ſit notum, qui mane tātum ſecandam eſſe venam, aut ad ſummum in horam vſque quintam, aut ſextam exiſtimant; verū *Celſ li. 2. c. 10.* *Gal. c. 21.*

ſi

ſi quis memoria teneat, quæ toto ſuprà libro ſunt dicta nihil tale committet, ſanguinem mittens quauis diei noctisque hora, ſcopum ſibi proponens in febrientibus quidem particularium circuituum declinationem.

Galen. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 18.

Decimoquintò indicationes eliguntur ab ordinatis naturæ functionibus: docuitque id Galen. in lib. ſupradicto his verbis. Porrò vteri inflammationes magis etiã quam renum à venis in crure ſectis iuuantur. nam quæ ex cubito fiunt euacuationes aliud etiam habent adiunctum malum; nempè quod purgationes menſtruas cõprimant, ſanguinemque ad ſuperiores corporis partes trahant: quæ verò fiunt ex cruribus, tantum abeſt vt retrahant, vt etiam menſes promoueant; ac vbi id facere volueris tempus conſueti mulieri circuitus tribus quatuoruè diebus anteuertas.

Gal. 9. meth. c. 5.

Et in meth. ſi menſes moueri contingerint, aut hemorrois recluſa fuerit, ſi non ſatis fore videbitur tantum ipſe detrahes; quo ex coniunctis ambobus perficiatur quod poſtulas. Vndè etiam Auicen. cum natura mouet tace tu enunciabat; cum verò quieſcit moue tu hora motus eius: ſi enim alio tempore, quam conſueto ipſe moueas malè agetur, nec natura ad talem motum concurret, ſed potius repugnando omnia tunc irrita fient, vt dicitur. In febribus itaque phlebotomiam facturus etiam ordinatis naturæ functionibus proſpicere debes Lector.

Hipp. 5. epid. in principio.

Decimoſeptimò indicationem ſumendam eſſe à remedio dicebatur; à remedio inquam prius experto dicerem, ſiquidem Hippoc. in epid. exempli gratià agens de quodam laborante canina fame, ſecta vena, inquit, ipſi in vtraque manu donec exanguis redderetur, poſteà vtilitatem percepit, & à malo liberatus eſt. ſi cuidam facienti medicinam, fortè fortuna idem caſus accidat,

etiam

etiam in manibus vtetur miſſione ſanguinis: & ſic reme dium remedio indicatio erit.

Vltimo loco ſydera quoque in indicationibus ſuo fungi dicebantur officio ad ſanguinis miſſionem. Porrò, inquit Hippoc. obſeruandi ſunt aſtrorum exortus, præci puè canis, deindè arcturi, & pleiadum occaſum. maximèque obſeruare oportet magnas temporum mutationes, vt neque medicinas in illis libenter exhibeamus, neque vramus, quæ circà ventrem, neque ſecemus priuſquam prætereant dies decẽ, aut plures, & nõ pauciores. Periculoſiſſima ſunt etiam ambò ſolſtitia, maximè verò æſtiuum, periculoſum etiam æquinoctium vtrumque, magis verò autumnale: morbi enim in his maximè diebus iudicantur, alijque perimunt, alij verò deſinunt, aut in aliam ſpeciem, aliumque ſtatum tranſmutantur. Ratio autem eſt cum Ariſtot. quoniam eorundem temporum mutationes, aut frigidæ, aut calidæ, aut humidæ, aut ſiccæ ſunt, morboſque qualitatum huiuſmodi exceſſus committit. *Hip. lib. de aere aquis, & locis.* *Ariſt. in probl. ſect. 1. probl. 7.*

Secunda etenim valetudo mediocritas quedam eſt. quod ſi per humidam, frigidamuè materiam morbus conſtiterit, tempus accedens contrarium tollere illum poterit: & quæ ſequuntur.

Gal. ſuper epid. Hipp. ſub ortu canis inquit, à vena ſecanda abſtinendum eſt. *Galen. 6. epid. ſect. 3 t. 44.*

Et alibi cum Aſtrologis communiter, in ſanguinis miſſione, alijſque chirurgiæ operationibus lunam maximè obſeruandam docuit: quandò eadem, propter viciuitatem quam nobiſcum habet, vehementer in corpora influat. Sed huius ſideris in ordine ad chirurgicas operationes, parum, vel nihil faciendos eſſe influxus, docuit communis agendi vſus; cum ſcilicet nemo reperiatur medicus, qui omittat ſecare venã, influxus cauſa lunę, dũmodò tamẽ ſeçãdã atq; ſecãdã ab alijs indicetur. *Gal. li. de diebus decretorijs ſecundum mathemat.*

De

De eadem ſanguinis miſſione adhuc agentibus nobis,quæritur amplius, Vtrum phlebotomia habeat ſtatutos dies, an verò ſemper,& quolibet die adminiſtrari valeat?

Galen. ſanguinem mittas, aiebat ſuperius, ſi magnus ſit morbus, aegerque iuuenis, & robur adſit. quod idem alibi ſæpè ſæpius repetijt, & nulla etiam ab ipſo dierum facta mentione. Ergò quacumq; die phlebotomiam exerceri poſſe,dices.

Gal.c.10. In lib. de curandi ratione per ſang. miſſionem, in vniuerſum, etiam,enunciauit, hoc ſciendum in ſanguinis miſſione dierum numero minimè attendendum eſſe, vt quidam litteris prodidere, atque nonnulli admodum ridiculè poſt tertiæ diei circuitum. Quocumque enim die mittendi ſanguinis ſcopos in laborante inueneris, in eo auxilium illud adhibeto,etiã ſi vel vigeſimus is ab initio extiterit. Et qui nam fuerint hi ſcopi? morbus ingens, roburque virium, excepta ætate puerili, & aere nos ambiente valdè calido. Quapropter dierum ratio nulla habenda eſt in phlebotomia nonnulli aſſerunt. qui ſententia mea maximè à vero aberrantes ſunt; & ſaltem dies criticos obſeruandos in ipſa etiam ſanguinis miſſione celebranda, dicerem:ſiquidem contingere poteſt,vt in eadem die critica natura prompta ſe exonerare,& benè etiam diſpoſita ſit, per ſudorem,exempli gratia. ſi à Medico igitur alia fiat euacuatio, aut nõ amplius ſudor molietur quià natura à bono opere reuocatur, vel ſi fiet,periculũ imminebit ne eger fractus à duplici ſimul euacuatione moriatur. Et quamquam futuræ criſis indicia docuerit Galen.nihilominus neque etiam iiſdem exiſtentibus, nõ futuræ iudicationis indicijs, ſanguinem mittere in die critica tuti ſumus. quoniam dicta ſigna fallacia ſunt, & adeò obſcura, vt cum iiſdem in aliquem errorem labi facile

facilè ſit. vndè cautius agendo dies iudicatorij feriales ſint à phlebotomia, niſi caſus præceps, & periculoſus ſit. atque morbi ratio cum Celſo idem patiatur. Celſ.li.2. c.10

Cum autem Galen. ſuperius, dierum numero haud eſſe attendendum docuit, verba eiuſdem ſano modo percipienda ſunt, nec vniuerſaliter, omnique de numero intelligebat Galenus, ſed de illis tantummodò numeris qui ab alijs contendebantur. Sed vt aliquando etiam primò die ſanguinem mittere neceſsè eſt: ſic nunquam vtile poſt diem quartum(aſſerebat ibidem Celſus) cum iam ſpatio iſto materia alias exhauſta eſt,& corpus corrupit, & detractio imbecillum id facere poſſit, non poſſit integrum,& quæ ſequuntur. Aliqui ſubiungebat ibidem, Galen. poſt tertię diei circuitum: alij non vltrà quartum, intrà quem dies quelibet quoque liceret: Alij ſanguinem alijs diebus emittunt: At dierum numero vt iſti faciunt minimè attendendum inferre volebat. ſed quandocunque ſcopi apparent mittẽdus eſt ſanguis; ſeruatis tamen ſeruandis,vt alibi docetur.

Succeſſiuè de ſanguinis miſſione agendo,qua menſura facienda ſit amplius quæritur.Gal. lib. de cur. rat.per ſanguinis miſſionem ſic loquebatur: Nihil æquè artem medicam in agendo coniecturalem efficit, vt cuiusque remedij qualitas. Etenim cum frequenter compertum habeamus tempus inſtare exhibendi aut cibi, aut potus, eiuſq; aut calidi, aut frigidi, quantum tamen dandum ſit certò haud nouimus.In ſanguinismiſſione ſummum id bonum eſt,euacuationem dum voles poſſe ſiſtere, ac rurſus quo videatur tempore fluere ſinere, quoad vſque rectè appareat. Gal.c. 12.

Quapropter præſtat, niſi quid vrgeat, priori miſſione minus detrahere, iterumque eam repetere, immò ſi lubet, & tertio.

Vbi ergò multa euacuatione eſt opus verũ vires ſunt

im-

imbecilliores, in his euacuationem partiri expedit, vti nimirum, & me feciſſe vidiſtis in ijs quibus crudorum inerat humorum copia. Et hæc Gal. ex quibus non determinatam ſanguinis copiam extrahendam colligimus ſed maxima cum prudentia, circa eandem, ſe ſe gerendos eſſe Medicos. Et veluti Celſus prętereà admonebat, hęc eadem medicina, vbi neceſſaria eſt, in biduum diuidenda: ſatius eſt enim primum leuare ęgrum. deindè perpurgare, quam ſimul omni vi effuſa fortaſsè præcipitare; Quod enim paulatim fit cum Hipp. tutum eſt etiam.

Celſ. li. 2. c. 10.

Hip. 2. aph. 52

Sed dices, Cœterum vbi feruefcentis ineſt ſanguinis putredo acutiſſimam accendẽs febrem, ſubitò, ac ſimul euacuare expedit, eamque inanire tentandum, vel ad animi deliquium vſque, virium modo inſpecto robore docuit Gal.

Galen. de cur. rat. per ſang. miſſ c. 12.

Et ante ipſum Hippoc. agens de quodam laborante fame canina; Vbi verò ait vena ipſi ſecta eſſet in vtraq manu donec exanguis redderetur poſteà vtilitatem percepit, & à malo liberatus eſt. Non igitur ſemper paulatim, ſed interdum ad animi vſque deliquium phlebotomia celebranda eſt.

Hipp. 5. epid. in principio.

Reſpondetur euacuationem vſque ad animi deliquiũ Cornelium Celſum non admittere; ſed antè ſẽper finis faciendus eſt in phlebotomia, quam anima deficiat, idẽ aſſeruit. Aut ſi etiam ad animi, vſq; deliquium facienda eſt phlebotomia aliquando, non incluſiuè, ſed excluſiuè ſaltem ſit dicerem, & eadem cum diligentia quam Galen. ſeruare conſuetus erat. Vtile eſt, docebat idem Galen. pulſuum diminutionibus animum aduertere tangendo eos, ſanguine etiamnum fluente, ſicut in alijs omnibus, dum ſanguis emittitur, facere conſueui, ne videlicet nobis nec opinantibus, pro animi deliquio mors occupet, quod ſane tribus eueniſſe medicis noui.

Celſ. lib. 2. & cap. dictis.

Gal. ibid. & 9 meth. 10.

Ex-

Expedit autem, docebat ſuprà Galen. vt vidiſtis, nō eò vſque ſanguinem educere dum ad extremum vires ducantur, ſed quoad quod ſymmetrum, moderatumq; ſit eductum videatur, prorumpentiſque ſanguinis impetus non dum flaueſcat, ſed validus permaneat. Satius igitur erit lector, in ſanguinis extractione ſemper vt vires tales reſideant, quę ſuprà morbum ſint, eundēq; haurire valeant, quàm aliàs. Et cum Celſo ſupradicto, iſta medicina ſi fieri poteſt in biduum diuidenda eſt, ſiquidem, & idem in cura aquæ inter cutem ſeruatur: quantò igitur magis in ſanguine?

Gal. lib. dicto, c. 11.

De eadem ſanguinis miſſione quæſtio etiam eſſe ſolet, Vtrum purgatio, an verò ipſa in curationibus præcedere debeat? Atque in febribus de quibus ad præſens noſtrum eſt inſtitutum, vſus communiter eſt, perpetuò aliquam ſanguinis miſſioni purgationē preferre: aut eiuſdem loco, cliſterijs vti, vel ſimilibus alijs. Auctores huius vſus videntur mihi fuiſſe præſertim Galen. & Auicenn. Cruditatibus enim ciborum exiſtentibus, tanto tempore venæ ſectionem differre iubet Galen. quantum ſatisfacere tum ad eorum concoctionem, tum vt excrementa diſcendant videbitur. Sed in principio morborū raro non adſunt cruditates dictæ. igitur ſemper in principio febrium aliqua purgatio molienda eſt. Vnde Auicen. & hac fortaſsè etiam ratione ductus, fac ſequi ſolutionem ventris phlebotomiam enunciabat.

Gal 9. meth. 4. de ſanitat. tuen. 5. lib. de humoribus com. 3. t. 9.

Auic. li. 4 fen. 1. tract. 2. c. 7. De intentione vniuerſali ad cur. febrium.

Ex altera parte Hippoc. in acutis cliſteres, vel phārmacum pungans eidem phlebotomie poſtpoſuit. Igitur nonnunquam poſteà, haud verò antè ſemper miſſionem ſanguinis mouenda eſt aluus, dicet aliquis.

Hipp. 4. acut. t. 20. 21. 29.

Hanc quæſtionem exarauit doctiſſimè Marſilius Cagnatus Doctor meus præſtantiſſimus: ita quod ſilere mihi ſatius eſſet in p̄nti quā loqui. Nihilominus dicēdi ſeries ne infringatur, vtque noſtro febrium inſtituto

Marſil. Cagn. in opuſculo de Vrbana febres curandi ratione.

pro viribus nihil etiam deficiat, circà id quod in præſenti controuertitur, nihil certi reſpōderi poſſe affirmarem; quam ei quod magis vrget occurrendum altero non neglecto.

Et ſic non malè profectò loquebatur Galen. cum ſuperius exiſtentibus cruditatibus in ventriculo phlebotomandum non eſſe docuit: ſupponit enim tunc temporis Gal. eandem phlebotomiam differri valere ſinè præiudicio febris, magiſque iuuamen exindè conſequuturum, quam ſi ſanguinis miſſio celebraretur.

Secus etiam Hippocr. ſanguinis miſſionem cliſmis, & purgationi præferens, nec etiam malè agebat. ſiquidem ſi morbus vehemens, & magnus ſit, ſanguis extrahendus eſt ſtatim loquebatur. ſupponit inquam hic Hipp. breuitatem temporis, in qua tardare malum eſt, ſed ei quod magis vrget illicò occurrendum altero non neglecto.

Galen. 1. ad Glauc.c.14.2 ad Glauc.c.6

Si autem quod vtrumque præſidium æquè indicaretur forte fortuna contingeret, à quo primum exordiendum? Enodauit ſanè hanc quæſtionem Galen. in lib. ad Glauc. cui neotericè ſe ſubſcribens Valleſius, cum adeſt redundantia, inquit, & ſimul vitium, ſanguine miſſo ſæpius ſcopum attingimus, quam ſola purgatione: nam per ſanguinis miſſionem extrahitur ſimul vitioſum cū ſanguine; per expurgationem autem non extrahitur ſanguinis vitioſi: & melius præparat ſanguinis miſſio ad expurgationem, quam purgatio ad ſanguinis miſſionem: hæc enim laxat vias quò maximè corpus expurgandum indiget: illa debilitat vires quo nihil ad mittendum ſanguinem periculoſius. Profectò in febribus de quibus noſtra eſt oratio, cum eodem valleſio, exiſtentibus æquè indicationibus purgationis, & phlebotomiæ, ſemper ab eadem phlebotomia curationem inciperem: nimirum preter rationes doctiſſimas à Valleſio indicatas,

Galen. 1. ad Glauc.c.14. Vall.2. meth. c.3.& 7. controuerſ.c.9.

tas,

Digitized by Google

tas, ab eadem phlebotomia perpetuò iuuamen ſequatur refrigerationis, quod primò, & principaliter intenditur in curationibus febrium. corporibus namque febrientium paululum à phlebotomia refrigeratis, reſtituentur etiam vires; quibus deindè mediantibus, tutius, atque fœlicius denique purgatio quælibet moliri poteſt.

Si verò medicamenta purgantia phlebotomiæ præponantur, tutamen futurum in incerto eſt;cum ſeuientes humores ab eiſdem euacuari, quis nobis ratum efficiat? aut nimium quoque corpora non expurgari?

Ergò,concludamus,purgationis,& phlebotomiæ exiſtentibus in pari gradu indicationibus, in curatione febrium,prius phlebotomiam celebrandam eſſe, quam purgationem. Quod ſi cum Paulo multa ſtercoris retentio inteſtina vrgeat,molli cliſtere anteà euacuari debet,ne venæ putridam aliquam excrementorum colluuiem ab inteſtinis attrahant: ſi inquam ſtercoris retentio inteſtina vrgeat inquit Paul. aduerte lector, quoniã vt communiter fieri ſolet,non ſemper, & quandocunq; & nulla habita ægrorum diſtinctione, cliſteres inijciendi ſunt antè quãcumque phlebotomiam.ſiquidem præterquam quod interdum ſimplices cliſterès largam euacuationem,& cum virium iactura moliuntur, vt recenſuit Alex. Petronius, ſanguinem detracturi ſolidam aluum ſemper facere debeamus cum Hippocrate in acutis.

Paul.li.6.c.4

Petronius lib. de aluo ſinè med.moll.

Hipp.in acut.

Quod verò ſuperius vt ratum ſupponebatur,in principio, ſcilicet, febrium perpetuò aliquam adeſſe inventriculo cruditatem, nos haud concedimus: dãtur ſiquidem viri adeò frugales, vt his non afficiãtur cruditatibus. Deindè alimenta ab innato calore concoquuntur, hic autem minus vegetus eſt in reliquo febrium tempore,quam in principio; igitur etiam cruditatibus

 mi-

minus dicet aliquis, ſcatent febrientes in principio, quam cœteris temporibus.

In ſanguinis miſſione controuerti pariter ſolet, an eiuſdem immutatio obſeruanda ſit, vt à quibusdam fie-
Hip. 1. in acu. ri ſolet, cum in acutis Hippocr. hæc verba legantur. At ſi quidem dolor ad clauiculam de ſe ſignificationem præbeat, aut grauitas ad bracchium, aut circà mammam, aut ſuprà ſeptum tranſuerſum, venam ſecare prodeſt in cubiti flexura internam, & non cunctari copioſum ſanguinem detrahere donec multò rubicundior fluxerit, aut pro puro, & rubicundo liuidus, vtrumque enim contingit.

Gal. c. 14. Galen. in lib. de curandi ratione ſæpius citato, in quibus, inquit, iuxtà ſectam venam phlegmo eſt ingens, optimum eſt ſanguinis, & in colore, & in conſiſtentia mutationem expectare: alius enim eſt, qui in phlegmone eſt ſanguis, quam qui ſecundum naturam, vtpotè plus excalefactus. Igitur ſanguinis mutatio in phlebotomia maximè expectanda eſt.

Cæl lib. 1. c. 4. Ex altera parte Cœlius Aurel. lib. cronicon. de epilepſia agendo, Themiſon, dicit, detrahendi ſanguinis modum docens, eius approbat mutationem, quæ ſunt vaniſ-
Cel. li. 2. cron. c. 19. ſimæ inuentiones. & alibi, ſanguinis mutatio, apud eundem legitur, iners eſt detractionis moderationi. Iners profectò eſt regula in ſanguinis detractione mutationẽ expectare; cùm eadem prius interdum lethum contingere poſſit: & è contrà impoſſibile non ſit etiam in principio phlebotomiæ mutationem accidere illicò valere. An igitur & ſtatim mutato ſanguinis colore, expediat quoque venam claudere, & phlebotomiæ finem exhibere, ſecus magnitudine morbi, & viribus ipſis quamquam indicantibus? vtique cum Cœlio ſupradicto, Themiſonis vaniſſimæ ſunt hæc inuentiones.

Neque obſtant Hippocr. allata ſuperius verba: tantũ

enim

enim̃ abeſt vt illa mutationẽ ſanguinis in phlebotomia expectandã reſonẽt, vt potius è cõtrà contrariũ indicẽt: καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρέειν τὸ αἷμα ἕως ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥέῃ, ſunt verba græca Hippocr. Et non cunctari, videlicet, continuum adimere ſanguinem ἕως ἂν dum rubicundior multò fuerit; non verò vt communiter interpretatur, verba ἕως ἂν donec rubicũdior fuerit legenda ſunt: quandoquidem cum ſubiunctiuo tempore hic ſunt, & dum, ſignificant. Videlicet, ſanguinem mittas, inferre volebat Hippocrates, in ea quantitate quæ expedit, non autem vt nonnulli faciunt (tacite aliorum ſententiam reprobat hic Hippoc.) cunctandum eſt copioſum ſanguinem detrahere dum rubicundior fluxerit, aut pro puro & rubicundo liuidus: deteſtatur ab Hippocrate huiuſmodi regula, non verò approbatur, vel docetur, vt multi putant.

Quod verò Galen. optimum quoque dixerit in ſanguinis miſſione mutationem expectare, nec etiam facit contrà noſtram ſententiam: ſiquidem non in qualibet phlebotomia, verum quotieſcunque iuxtà ſectam venam phlegmo eſt ingens, mutationem expectandam intelligebat Galen. alius enim eſt ſanguis, ſubiungit ibidem Galen. qui in phlegmone eſt, quàm qui ſecundum naturam.

Præterea de ſanguinis miſſione controuerti etiam ſolet, vtrum ſomnus, ab ipſa, conueniat nec nè? Quam profectò quæſtionem Laurentius Ioubertus neotericus Author decernit in ſuis de medicina practica. ſomnum inquiens nequaquam prodeſſe à phlebotomia quotieſcumque febres ab intrinſeca cauſa proficiſcantur: ſin verò extrinſeca ſecus illa ſint à quibus febres primordia ducunt, vtique, & ſomnum conuenire pariter. Nãq; in ſomno ex Hippocr. ſanguis intrò fugit, vbi cum etiam cauſa febris reperiatur, aduentu eiuſdem ſanguinis auge- *Laur. Iouber. li. 2. medicinæ practicæ c. 3.* *Hipp. in epid.*

retur calor. E contrà verò extrinſecus exiſtente eadem cauſa febris: ſi vel inflammatio, aut eriſipelas, vel aliud ſimile exterius exiſtens, cauſa febris eſſet, conciliando ſomnũ, diminueretur cauſa; nimirum ſanguis introfugeret, & à parte affecta in aliã partẽ reuelleretur. Ideòque conuenit ſomnus in egro laborante febre extrinſecus adueniente (quamquam non valdè profundus etiam eſſe debeat) ſiquidem in hoc caſu morbus ab exterioribus in interiora trahitur, & ab externis ad interna malum dicebat Hipp. in ordine ad eriſipelatem.

Hip. 6. aph. 25

Quoniam verò ſanguis cum inciſione venarum per ſcalpellum, tum etiam cucurbitularum adhibitione, vel hyrudinum, extrahi ſolet: quæritur ſucceſſiuè vtrum in curatione febrium quam nos in præſenti agimus, earundem vſus conueniat?

Cucurbitularum vſum præter quam quod experientia ipſa in dies approbat, ferè apud omnes etiam medicinæ profeſſores receptum legimus. & ab antiquioribus iuxtà morem noſtrum non diſcedentibus, Cornelius Celſus ſic loquitur. Cucurbitulæ vicem gerunt phlebotomiæ, quæ ex vena fieri non poteſt, cum vires non patiuntur. idque auxilium, vt minus vehemens, ità etiã magis tutum eſt: neque vnquam periculoſum, etiam ſi in medio febris impetu, etiam ſi in cruditate adhibeatur. Ideòque vbi ſanguinem mitti opus eſt, ſi inciſa vena præceps periculum eſt, aut ſi in parte corporis etiã vitium eſt, huc potius confugiendum. cum eo tamen vt ſciamus hic vt nullum periculum, ità leuius præſidium eſſe; nec poſſe vehementi malo niſi æquè vehemens auxilium ſuccurrere. Et hæc Celſus. In quibus duo reperiam diſquiſitione digna. Vtrum, ſcilicet, in impetu febris, vt ipſe ait Celſus, ſcarificatas cucurbitulas admouere conueniat? Vtrum nec non etiam cruditatibus exiſtentibus?

Celſ. li. 2. c. 11. Paul. lib. 6. c. 41.

Quò

Quò ad primum ipſe met Celſus, in impetu febris ſanguinem mittere hominem iugulare eſt edocebat. Ergò nec etiam ſcarificatæ cucurbitulæ adminiſtrandæ ſunt.

Sed reſpondebit fortaſsè Celſi defenſor; intellexiſſe videlicet eundem Celſum de ſanguinis miſſione per venę inciſionem, haud vero ſcarificatu cucurbitularum.

At ratio, quæ à Celſo afferebatur, vtique non in vna ſolum phlebotomia; ſed in quacumque militat. ſanguinem ſcilicet mittendum non eſſe, docebat Cornelius Celſus, in impetu febris, ratione virium, in impetu febris maximè dimicantium. quod ſi igitur Phlebotomia diminuantur, periculum imminet nè poſtremò corruant; morbus nimirum augebitur, & homines febrientes iugulabuntur, vt inquit Celſus. Hæc autem ratio etiam in cucurbitulis ſcarificatis valet, vt aſſerebam. Vndè in impetu febris potius reprobandæ ſunt, quam admittendæ ſcarificatæ cucurbitulæ. Ego cucurbitulas cum ſcarificatione minus obeſſe quam phlebotomiam inciſa vena celebratam, ſanè non negauerim in impetu febris; cum illæ ſanguinem abſque ſpirituum iactura educant, & potius icoroſum, interque carnē, & cutem inutiliter exiſtentem, crudumque, & imperfectum; nihilominus quādocumque fieri poſſit, ortor medicinæ profeſſores, vt huiuſmodi præſidium non exerceant, ſed in aliud tempus diſponant. Etenim ne quid quam moueas, inquit Auic. in hora paroxiſmi, quantum fieri poteſt.

Secundò vtrum cucurbitulas cum ſcarificatione etiā ventre pleno admouere valeamus, declarauit Galen. maniſeſtiſsimè, cum ſuperius crudis cibis in ventriculo exiſtentibus ſanguinem haud eſſe mittendum docebat: neque vna magis intellexit de ſanguinis miſsione, quam de altera. quinimò clarius in meth. Cucurbita, legimus, *Gal. 13. meth. c. 9.*

in occipite defixa, efficax eſt remedium ad oculorum fluxiones, vacuari tamen prius totum corpus expedit: nam ſi refertum ſanguine corpus ſit, in quacunque parte capitis cucurbitam defixeris, totum ipſum implebis. Niſi igitur aliqua maxima neceſsitas vrgeat, cucurbitulas cum ſcarificatione adhibere non conuenit.

Gal. lib. de hyrudinibus. Hyrudines medicinæ vſui non erant antiquiſsimis medicinæ profeſſoribus: Galenus earundem meminit his verbis. Eum qui in profundo eſt ſanguinem non extrahunt, ſed tantum quo caro imbuta eſt exugunt, & eis pro cucurbitulis vtimur. Huiuſmodi verò Galeni dicta, de ſanguine intelliguntur ab hyrudinibus immediatè exucto, dicerem, non autem è foraminibus etiam exeunte ab ijſdem facto. à quibus profectò foraminibus, ſanguis adeò profunditus exit interdum, vt vix repelli poſſit. Maximum verò vſum in febribus habent hyrudines, inquit Argenterius. *Argent. com. 3. art. parua.*

Præter ſanguinis miſſionem pertinent ad chirurgiam ſynapiſmi, vaſsicantia, cauteria, vel alia huiuſmodi. Synapiſmus medicamentum eſt antiquum, & eiuſdem Galen. ſæpiſsimè meminit, Paulus etiam, Aetius; & alij plurimi. Plinius Secundus in ſuis naturalibus de ſinapiſmo ſic loquitur. Et ſi vehementior ſomnus lethargicos præmat, cruribus, aut etiam capiti illinitur ſynapis cum fico, & aceto. Hoc remedium, docebat Archigenes, cataplaſma eſt ex ſynapi, vt humor à centro ad ſuperficiem trahatur. Galen. ſuperiori loco hunc eundem componere quoque ſolebat è columbium ſtercore, & ipſius effectus, inquit, eſt rubificare cutim, ibidemque veſsiculas educere. Vtrum verò in febribus ſynapiſmi conueniant, breuiter declaratur, ſi dicamus febribus, vt febres ſunt, & calidi affectus, nequaquam conuenire; ſed cauſarum tantummodò ratione: videlicet frigida vel humida ſit cauſa febris, vel in toto

Gal. 5. meth. c. 14. 15.
Plin. lib. 20. c. 22.

corpore

corpore praua, & ſimiliter. in calidis autem,& ſiccis affectionibus,his ego non vtor dicebat Aetius. Aetius tetrabi li 1. ſerm.3.c. 181.

Sed vtrum noſtri temporis veſſicantia,idem ſint atq; ſynapiſmi antiquiorum? Vtrum etiam pro veſicantibus ſynapiſmis vterētur antiqui? Hæc quidem mihi nō conſtant. Gal. de veſicantibus viſus eſt loqui 5.ſympl. cap. 14. 15. 5. med. ſecundum loca c. vltimo 10. de med.ſecundum loca c.2.& 3, 8. med. ſecundum loca c. 4.6.med.per genera c.2.13.meth.c.6. Auic.lib.3. fen.1. tract.2.cap.33. & alij. Quidquid inquam de hac re ſit, certum eſt eundem intendere ſcopum veſicantia noſtra,atq;ſynapiſmos antiquorū, licet illa efficacius agāt, quam hi: noſtri enim temporis veſicantia fieri ſolent cantaridibus puluerizatis, cartamo, ſynapi, interdum etiam cum euphorbio,& alijs ſimilibus, prout intentio medici eſt magis, vel minus trahere.

Veſicantia igitur à veſicando dicta vtrum etiam in febribus conueniant? Sententiæ variæ ſunt, & varij varia dixerunt circà hoc præſidium. Summatim quidam ſunt medici ex profeſsò huiuſmodi non admittentes medicamenta,tanquam venenata qualitate pollentia: nec vllo in tempore,nullique morbo,vel ætati conuenire contendentes.

Quibus Medicis, omni tamen ſemper cum debita reuerentia loquens, nihil aliud reſpondeo, quam in his dicendis,parum vel nihil medicinam excreuiſſe ſe oſtendunt. Quid enim rationibus eſt opus, vbi ſenſus adeſt? In febribus malignis, in frigidis affectionibus, & frigida, vel humida cauſa prouenientibus febribus, vel ſympthomatibus,veſicantia ſemper profuerunt. Eadem verò eſt indicatio veſicantium,atque ſynapiſmorum, & niſi ratione magis, & minus non differunt,quamquā illa venenata qualitate comitētur, hi verò ſimplici qualitate manifeſta agant: ſiquidem non vt venenum prodeſſe

deſſe modò veſſicantia dicerem (quamquam venenum veneno inimicum nonnunquam) ſed vt veſſicam inducentia, & exterius humores peccantes ab interioribus euocantia.

Sunt præterea nonnulli in omnibus febribus, & nulla penitus diſtinctione facta, eadem veſſicantia adminiſtrantes; quibus etiam dico temere, vel ignoranter eos medicinam exercere: ſiquidem nullum reperitur medicamentum, cunctis in febribus æquè aptum.

Vltimo loco in fonte chirurgico enumerabantur cauteria, græcè καυτῆρα, vel καυτήρια appellata. Cauterium eſt ferrum candens, quo vtimur ad inuſtiones faciendas pro valetudine, vel conſeruanda, vel recuperanda: habetq; plures formas, rotundam ſcilicet, latam, longam, & huiuſmodi. Hippocr. vtitur cauterijs in lib. de hemorrhoidibus, de internis affectionibus, ſecundo de morbis, de locis in homine, & alibi, aduerſumque plures affectiones. Sed vtrum huiuſmodi præſidium etiam febribus conueniat? ſi rectè memini in ordine ad febres, vt febres ſunt, tali præſidio vtitur nunquam Hippocrates: ſed indicatione ſolum, à cauſa percepta, vel ſympthomate aliquo. iiſdemque ſcopis ſatisfaciendo

à quibus veſſicantia, & ſynapiſmi moueri
ſuperius enunciabantur: cum tria hæc,
ſynapiſmus veſſicatorium, &
cauterium, ignea ſint omnia,
& nonniſi ſecundum
magis & minus
inter ſe differant.

CA-

CAPVT VNDECIMVM.

De pharmacia in ordine ad febres.

PHARMACORVM Exercendorum rationem, aut refert Cicero, tertius Aeſculapius Arſippi, & Arſinoe frater nos docuit; cum purgationem corporum ſiuè ſuperſum, ſiuè infernè antè hunc vetuſtioribus in monumentis celebraſſe nullum alium reperiamus. Ducunt ſuam denominationẽ eadem pharmaca à φαρμάκω græco nomine, quod cum medicamentis, tum etiam venenis commune eſt: vndè Paulus, omnia medicamenta ſunt venena, ſi rectè tamen adminiſtrentur manus Dei ſunt aſſerebat: ſiuè dicuntur à φαρμακεύω verbo,genericè tametſi medicari ſignificante, nihilominus cum Pergameno pluries,apud Hippocratem cuiuſcumque medicamenti ad exhibitionem minimè refertur, ſed ad eorum dumtaxat, quæ vim purgandi habent. De pharmacia in præſenti verba facturi, nos primum agemus quatenus purgationem, ſiuè medicamenta purgantia ſub ſe compræhendit;deindè verò quatenus ad alterantia transfertur,tota ſubſtantia agentia,vel ſimilia.

Cic.lib 3. de nat.Deor.

Paul. & Valleriol. lib. 3.c. 16.

Gal.1.aphor. 22. li.de frac. com.2.t.29.

Et paulò altius orationem noſtram repetentes, quod primò de purgatione exquirendum proponitur, ipſius quidditas, vel eſſentia eſt,quid nempè ipſa ſit. Gal. ſuper aph. purgatio, inquit, euacuatio eſt humorum ſua qualitate peccantium.

Galen.1.aph. com.2.

Sed dices, purgantia quæ appellantur medicamenta,non ſolum illos euacuant humores,qui ſua qualitate, verum etiam, & quantitate infeſtant. Igitur Galeni definitio tradita inſufficiens eſt.

Reſpondetur, quantitatem humorum purgantibus me-

medicamentis profligari valere, nemo eſt qui inficiatur, Sed ſecundario, & per accidens, non autem primariò, & per ſe: Primario ſiquidem quantitas dicta miſſione ſanguinis detruditur per Galenum, vt propriè, & per ſe qualitati purgatio dirigitur. aptius enim eſt qualitate peccantes humores purgatione trahere, quam phlebotomia; cum amplius purgantia pharmaca proprijs partibus reſpiciant, phlebotomia verò non ſemper. Et ſic purgatio euacuatio humorum ſua qualitate infeſtantium per bene definitur à Galeno.

Galen. 1. ad Glauc. c. 14. lib. d. ſang. miſſ. c. 10.

Suppoſito autem quid ſit purgationis, quæritur ſecundò, vtrum in febribus ſit eadem peragenda nec ne. Videbitur fortaſsè alicui vana propoſitio hæc, cum vſus continuarum purgationum, qui à pragmaticis exercetur, hanc quæſtionem decernat breuiſsimè. Sed ex altera parte Celſus in contrarium ità loquitur. Aluus ſi vehementius fluit, aut ſæpè ducitur, hominem infirmat: ergò nunquam in aduerſa valetudine medicamentum eius rei cauſa datur, niſi vbi morbus ſinè febre eſt, vt cum veratrum nigrum, aut atra bile vexatis, aut cum triſtitia inſanientibus, aut ijs quorum nerui parte aliqua reſoluti ſunt, datur. At vbi febres ſunt ſatius eſt eius rei cauſa cibos, potioneſq; aſſumere, qui ſimul & alant, & ventrem molliant.

Celſ. li. 2. c. 12

Huiuſmodi Celſi originem fortaſsè traxerunt ab Hippocratis dictis in lib. de med. purgantibus, quæ talia ſunt. Quicunque à febribus fortibus capiuntur his medicamenta purgatoria dare non oportet, carnes enim ipſorum, & ventres cum calidi ſint, medicamentum aſſumunt, & nihil depurgantur, & febris maior fit, & color euertitur, & morbi regij ſpeciem præ ſe fert; ſed peius, addatur, purgantium medicamentorum ex potatione interdum ægri moriuntur, vt ſcamāder in Lariſſa, Theophorbi filius, Hecaſon in Omilo, Adoleſcens ex Eubea

veniens,

veniens, ſeruá barbara, Homo Eubeus, Antander, coeterique alij ab Hippoc.recenſiti idem experimento nos docuere. Hipp.5. ep d. & alibi.

Hanc eãdem partem negatiuam ſequebatur quoque Aſclepiades, vt refert Plin. meritò, inquiens, Aſclepiãdes damnauit & vomitiones tunc ſuprà modum frequentes, arguit, & medicamentorum potus ſtomacho inimicos, quod eſt magna ex parte vetitum. Plin.li.26.c.3

Quidquid autem de his ſit, Hippocr. Corn. Celſus, Galen. Auicen. omnes communiter medici, & vſus ſuperius dictus, medicamenta purgantia, docent, in febribus etiã atq;etiã conuenire. Cum autem Celſus ſuperius, aluum, aſſerebat, ſi vehementius fluat, & ſæpius, hominem infirmat, non quamcumque purgationem, ſed vehementem, & ſæpius exprobraſſe reſpondetur in febribus. & ſatius eſſe affirmamus eius rei cauſa potius cibos, potioneſque aſſumere, qui ſimul & alant, & ventrem molliant; & ſi hoc habere non poſſimus, optimũ laudamus vti cliſterijs, & alijs huiuſmodi, quæ non nimis corpus peruertant, ibidem ſubiungitur. Igitur purgatorijs vti valere nonnullis corpus non vertentibus, neque valdè calefacientibus, etiam Celſus affirmat in febribus.

In fortibus febribus medicamenta purgantia exhibere non conuenit, valdè benè profectò loquutus fuit Hippocr. ſed aduertendum eſt non de omnibus febribus intellexiſſe, & alijs non fortibus, in quibus purgantia exhibere nonnunquam valdè vtile experitur.

Nequè etiam obſtat interdum ex pharmacorum purgantium potatione ægros fuiſſe mortuos: ſiquidem id caſu accidit, nequaquam verò purgantium medicamentorum defectu: aut ægri met ipſi, aut aſſiſtentes, videlicet, vel medicinam facientes, coeterique ſimiles, in cauſa necis ægrorum relatorum fuere. Et quamquam inſuper

ſuper pharmaca purgantia malè adminiſtrata nonnullos occidant aliquando, infinitos tamen, cum iiſdem ſanari videmus continuò, mandauit autẽ memorię Hippocr. in lib. ſuis epid. relatos febrientes mortuos, quoniam ægritudinibus interiere obſeruatione maximè dignis.

Et ſic Aſclepiades etiam recenſet Plin. maximè damnabat vomitiones ſuprà modum frequentes, optimè pro fecto actum: namque huiuſmodi vomitiones vt ſuprà modum frequentes ventriculis exitioſæ erant. arguit & medicamentorum potus ſtomacho inimicos, etiam optimè: quià fortaſsè eodem tempore fortioribus vtebantur medici purgatorijs: cuiuſmodi, elateriũ eſt, veratrũ, & ſimilia alia ibidem recenſentur à Celſo, quæ omnia fortiora pharmaca ventriculum vitiant, inquit Galen. & præcipuè ipſius os, quod maximè neruoſum eſt, & ſenſile, ideò odoratorum mixtura excogitata eſt.

Gal. quos, & quando purgare oporteat, & lib. de med. comp. ſ. gener.

Scribonius Caio Iulio Caliſto ſcribens.

Neque verum eſt, inquit Scribonius Largus, penitus, & omninò vſum medicamentorum damnauiſſe Aſclepiadem: quia vltimæ ſortis eſſe medicos dicebat idem Aſclepiades, qui duo ſaltem medicamenta ſecum prõpta non habeat. Fortia igitur, ſiuè fortiſſima pharmaca damnabat Aſclepiades, non autem omnia, & quæcũque. Et ſic in febribus, vt aſſerebatur, purgantia pharmaca maximè etiam exercenda ſunt.

De purgatione in febribus tertiò loco à quibus ipſa indicetur, declarandum ſe ſe obuiam facit. Superius phlebotomiam exarando dicebamus indicationes deſumi à pluribus: vtputà morbo, eiuſdem cauſa, vel ſymptomate, à temperamento ægri, ab ambiente, ætate, conſuetudine, pœculiari cuiuſque natura, à ſexu, exercitio, à longitudine, vel breuitate morbi, ex morborum temporibus, à paroxiſmis, ab ordinatis naturæ functionibus, à medicamentorum viribus, ab influxu ſyderum, vel ſimilibus alijs. Ab his etiam omnibus purgandi in-

dicationes

dicationes eligendæ ſunt dicimus.

Et à morbo ipſo incipientibus nobis, neceſsè eſt loquebatur Galen. remediorum inueniendorum initia ex morborum ipſorum natura deſumi. Atque magis particulariter loquendo, in Hippocr. quicumque legitur, à fortibus febribus capiuntur, his medicamenta purgantia dare non oportet, donec remiſerit febris, ſaltem non intrà quatuordecim dies: carnes enim ipſorum, & ventres cum calidi ſint, medicamentum aſſumunt, & nihil depurgantur, & febris maior fit, & color euertitur, & morbi regij ſpeciem præ ſe fert. *Gal. 3. meth. c. 1.* *Hip. lib. de med. purg.*

Sed quæ nam eſt febris fortis ἰσχυρὸς græcè appellata?

Superuacaneis omnibus ad præſens omiſſis, declarauit id Hippoc. inferius, cum carnes ipſorum ſubiungit, cum calidæ ſint, medicamentum aſſumunt, nihil depurgantur, & quæ ſequuntur. Cunctæ igitur febres valdè calidæ, fortiori etiam nomine dignæ ſunt.

Sed vtrum febres etiam intermittentes aliquandò fortes appellari valeant?

Profectò id ego non negauerim, cum Hippocrates etiam confirmet in lib. epid. οἱ δὲ τριταῖοι πλέονες μὲν τῶν καύσων, καὶ ἐπιπονώτεροι; videlicet, at verò tertianæ (de exquiſitis loquitur) plures quidem, quam ardentes erãt, ac grauiores. Vniuerſam febrium rationem referebamus ſuperius in ipſum caliditatis exceſſum, qui in febribus intermittentibus æquè fortis, & magnus eſſe poteſt, atque in febribus continuis, igitur intermittentes febres, vt etiam continuæ, fortes eſſe maximè valent. *Hipp. 1. epid. ſect. 2.*

Accedit altera difficultas, Vtrum febris fortis, idem ſit atque acuta? Et quidem ſi fortitudo febris præcipuè in exceſſu caloris conſiſtit, vt paulò ſuprà indicabatur, planè omnis acuta non eſt fortis; quia poteſt aſſignari

aliqua

aliqua febris citò percurrens ſua tempora, & cum periculo(quod proprium eſt acutorum)ac tamen nō ſit fortis, neque valdè calida. Habemus in hac re exempla millies de febribus prauis, ſiuè malignis appellatis, in quibus neque calor interdum, neque aliud præternaturale ſentitur, quamquam poſtremò intrà quatuordecim dies occidant ægri. Neque etiam fortis febris ſemper acuta eſt etiam, quia eædem fortes febres ſæpè ſæpius quatuordecim dies pertranſeunt, cum Hipp. iiſdem ſupradictis verbis; Quicumque à fortibus febribus capiuntur, his medicamenta purgantia dare non conuenit, & ſaltem non intrà quatuordecim dies. Igitur febres fortes durant quandoq; vltrà quatuordecim dies; morbi autem acuti è contrà quatuordecim diebus iudicantur cum eodem Hippoc. in aph.

Cœl. Aurel. I. acut. in princ.

Hip 2. aph. 23

In febribus itaque fortibus medicamenta purgantia dare non conuenit, & ſaltem non intrà quatuordecim dies. Contrà hæc videtur ipſemet Hippocr. inſurgere, quandò in aphor. raro inquit, medicinis purgantibus, vti oportet in principijs, & hoc cum præmeditatione faciendum. Igitur non ante decimum quartum diem nō eſt molenda purgatio, vt cum Hipp. in febribus fortibus, enunciabatur.

Hip. 1. aph. 24

Reſpondetur iam ſuperius declaraſſe nos quod non idem ſit ſemper febris fortis, & acuta, quamquam, vt plurimum. Præterea licet aphoriſmus ſuperius allatus ità communiter legatur, voluiſſe nempè Hippocratem docere, quod in morbis acutis, medicinis purgantibus raro vtendum ſit, ſique vtendum in principio id fieri debeat, & non alias: tum quidem ratione breuitatis temporis, tum etiam quià iiſdem morbi acuti in principijs tergeant cum Galen. & ideò etiam alibi idem Hippocr. In morbis acutis eadem die, dixerit, medicare oportet, ſi turget; tardare enim in talibus malum eſt: Nihilominus

Gal. in com. Hipp. in aph.

lominus, inquam, idem aphoriſmus alio modò mihi legendus videtur. haud enim dictionem raro ſuper acutos morbos tantummodò, verum etiam ſuper alia verba in principijs cadere dicerem: In morbis videlicet acutis raro medicamentis purgantibus, & maximè in principijs raro vti oportet (eſt modus loquendi ad maiorē efficaciam orationi exhibendam.) Aut aſſeratur in morbis acutis raro etiam in principijs medicamentis purgantibus vti, & ſcilicet pro etiam, cum dictio *καὶ* græcè etiā nonnumquam ſignificet. Placuit verò Hippocrati declarare, quod etiam in principijs morborum acutorum purgare non liceat; quoniam alibi circa initia, & fines omnia imbecilliora dixerat; Veluti igitur tacitè obiectioni reſpondens Hipp. etiam in principijs, inquit, morborum acutorum raro purgare oportet, cum principia eorundem morborum breuiora, & ſinè tempore ſint, ſtatimque habeant extremos labores, vt idem Hippoc. alibi docuerat. Raro itaque etiam in principijs morborū acutorum, purgare oportet, atque in fortibus febribus medicamenta purgantia dare non conuenit, cum Hipp. & ſaltem non antè dies quatuordecim.

Hip. 2. aph. 30

Hipp. 1 aph. 7

Neq; verum eſt etiam, quod ſuperius ſupponebatur, in principijs nempe acutorum morborum frequentiorem turgentiam reperiri. præter quam quod enim experientia id minimè conſtat, repugnat etiam rationibus; ſiquidem turgere, alibi dicebamus, nihil eſt aliud quam deſiderium, appetitus, vel inclinatio quædam partium corporis ad aliquid expellendum, at huiuſmodi minus in principio, quam in declinatione, vel fine adeſſe poteſt. Igitur turgentiam principijs morborum adſcribi vanum eſt etiam. Quod autem in principio minus turgeat, quam in declinatione, vel fine, probatur ex eo, quià tunc temporis natura ad expulſionem inclinat, quando, & expellere poſſe incipit; id autem in principijs

Quid turgere declaratur in li. ad Proſperum Mar. tianum.

morborum minus adeſt,quam alijs temporibus dictis: Igitur in principijs, veluti affirmabatur, minus etiam turget: præſertim verò ſi de bona turgentia intelligatur. duplex enim bona,& mala turgentia dicitur,vel critica,aut ſympthomatica. illam verò naturæ turgentiam nos ſequi debemus, quæ bona, vel critica appellatur, quæque in principijs morborum aſpici minimè valet.

Galen. 1. aph. 22. Neque obſtat Galenum in aph. turgentiam dixiſſe humorum motum,huc illucque fluentium, atque id in principijs morborum acutorum magisque fieri. quandoquidem fluunt humores non ex ſe,impetu verò partium,huc illucque eoſdem detrudentium: neque partes id agere in principio flagrant magis,quam fine.Ideò nec etiam turgere fit in principio magis, quam in fine morborum.

Gal. meth. c. 5 & 6. Prætereà,nunc illud,ait etiam Galenus, docere volo, tum ipſam morbi ſiuè vim,ſiuè magnitudinem appellare velis, pro indicatrice quadam ſanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendæ ſtatuendam eſſe. Ergò ſequitur,in febribus magnis, atque fortibus purgandum eſſe maximè,cum ipſa met morborum magnitudo,cum Galen. purgationem expoſtulet.

Sanè purgationẽ indicat magnitudo morbi, quià hic indicat ſui ablationem reſpondetur. non tamen hinc ſequitur ſemper, & quandocumque morbus magnus ſit, purgationem exercendam eſſe;ſiquidem pleuritis, peripneumonia,angina, & quæcumque aliæ ſimiles inflammationes,circa initia præſertim, purgatione potius exaſperantur cum Hippocr. quam aliàs, tanquam crudæ, *Hip. 4. acut.* videlicet, & non concoctæ affectiones. Proindè eadẽ ratione etiam in febribus fortibus, & magnis,quoniam crudæ ſunt, purgatoria medicamenta dare non conuenit, niſi fortaſsè turgeat, vel aliquod aliud ad idem cogat.

Cum

Cum autem fortes febres purgantia non admittant; igitur debiles erunt, & calore mites,in quibus purgare expedit:mites,inquam,quia in huiuſmodi febribus carnes ægrorũ tanquã nõ nimis calidæ, medicamenta nec etiam aſſument, neque febres augebuntur, neque colores peruertentur: neque poſtremò morbi regij ſpeciem prę ſe ferent ægri,vt in febribus fortibus exhibita purgantia,ſuperius,efficere ſolent.

Sed dices in febre maligna calor maximè mitis interdum,an igitur conueniat eidem purgatio?

Profectò tum ratione pauci caloris à quo concomitantur malignę febres: tum etiam indicatione ſumpta à prauitate,purgatio iiſdem maximè expedit: quinimò, & magis quam phlebotomia, vt communis recentiorum eſt opinio; ſiquidem quid eſt aliud prauitas ſiuè malignitas, quam ingens putredo? putredo autem fit exceſſu humidi,præſertim in calidum per Ariſt.nimirum tanta ſit humiditas,vt à calore conſumi, vel actuari non valeat: vndè veluti marceſcens color,putridus fit,atque corrumpitur, à qua poſtmodum corruptione ingenti malignæ febres fiunt, vel generantur. Putredo igitur refrigerando, & valdè humectando fit: frigida verò, & humida per ſe, & propriè, non ſanguinis miſſionem, ſed purgationem, ſuique euacuationem indicant. Ideò in febre maligna purgatio maximè etiam vtilis erit.conuenit interdum, & phlebotomia, ſed vel à ſympthomate,vel aliquo alio indicata, non autem primaria indicatione,vt purgatio. *Ari.4.meth.*

Neque obſtat malignas febres,vt plurimum interficere; & ideò forſan plurimis hominum fortes quoque febres appellandas.quoniam fortes nulla alia ratione ſunt malignæ febres,niſi quatenus interficiunt: non tamen formam fortium febrium, nempè ingentiſſimum calorem,quià ſecum deferant.

Secundum quod in curationibus febrium indicare dicebatur erat cauſa: Vndè Galen. ad Traſyb. Ad curationem ſatis eſt cauſæ perceptio, loci vexati dignotio, & facultatis menſura. Et Alex. Trall. diligenter inquit, attendendum eſt, qua ex parte naſcatur morbus, & generationis trahat originem, ſic namq; morbus ſi modum, vel tempus inſpexeris arte facilius ſolui poterit. Cauſas febrium ſuperioribus explicando iam plures, atque præſertim humores dicebamus, quibus omnibus in ſubſtantia deficientibus, purgationes celebrandę ſunt, ſecus cui tandæ contra indicantibus exiſtentibus.

Gal. ad Traſib. c. 23.

Alex. Trall. lib. 1. c. 2.

Tertiò indicant purgationes ſympthomata; ſic etenim Galen. docuit in lib. ad Glauconem. Quæ verò, inquiens, cum accidentibus ſunt febres, non æquè ſimplicem exigunt curationem, at pro viribus metiendum eſt quanta ſit febris, quantumuè ex accidentibus periculum immineat: atque ad id quod vehementius, ac difficilius intendendum, non poſthabita omninò etiam alterius cura. Age enim ſi quis febricitet, eorum qui non ſunt habitus plenioris, verum ex accidentibus cruditatibus angorem quemdam ſentiat, ac morſum, atque os ventriculi preſſum, vel ſi etiam humorem aliquem malum euomuerit, & in huius tranſitum non parum fuerit offenſus, adeò vt difficilè ferat, atque moleſtè: numquid hic ad febrem reſpicientes, ſolam multitudinem euacuare tentabimus, quod alioquin ſinè moleſtia faceremus, an prius ori ventriculi prouidebimus? ac poſtea ſic vbi circà hoc benè ſe habuerit, quam licuerit totius corporis euacuationem faciemus, mihi quidem ità agendum videtur. Multos itaque vidi qui ità affecti erant, quoſdam interijſſe, nonnullos ad extremum periculum fuiſſe perductos, cum medici eos euacuare tentaſſent anteaquam os ſtomachi corroboraſſent.

Galen. 1. ad Glauc. c. 14.

Ibidem, ſed neque ſi fuerit febris, inquit idem Galen.

cum

cum profluuio ventris alia eſt opus euacuatione, ſed hęc ſola ſufficit, quamuis non ſit pro multitudinis ratione: ſi vehementes etiam vigiliæ, aut dolor intenſus ægrotum infeſtent, cauendæ ſunt ſubitæ, ac multæ euacuationes.

Antè ipſum Galen. nigra vomentes dixerat Hippoc. cibos faſtidientes, deliros, in pube parum dolentes, quibus oculus ferox, clauſusque, purgare non oportet, neq. intumeſcentes, vertiginoſosque, neque in errando deficientes, neque cibos auerſantes, neque decolores. Neq. in febre comatoſos, inclinatosque, perniciosè enim habent. Hipp. in pror. rhett.com 2.t. 36.37.38.

Cornelius Celſus, denique, de purgatione per vomitũ ſic loquebatur. At vomitus, vt in ſecunda quoque valetudine ſæpè neceſſarius billioſis eſt, ſic etiam in his morbis, quos bilis concitauit. Ergò omnibus qui antè febres horrore, & tremore vexantur, omnibus qui cholera laborant, omnibus etiam cum quadam hilaritate inſanientibus, & comitiali quoque morbo oppreſſis, neceſſarius eſt. Sed ſi acutus morbus eſt, ſicut in cholera, ſi febris, vt inter rigores; aſperioribus medicamentis opus non eſt, ſicut in deiectionibus quoque ſupra dictũ eſt, ſatisq; eſt ea vomitus cauſa ſumi, quę ſanis quoque ſumenda eſſe propoſui. Celſ.

Quartò loco indicat temperamentum. quia Gal. quicumque dixit, calidi, & ſicci natura ſunt, hi omnes facilè ab integris euacuationibus offenduntur: differt enim ſicut natura à natura, ætas ab ætate, ſic etiam temperamentum à temperamento. In valdè humidis medicamenta in forma ſicciori melius exhibentur, quam humidiori, vt ſiccis è contrà, humida pharmaca eſſe debent. Galen. 1. ad Glauc.c.14.

Quintò indicant partes affectæ. Et ideò medicamentum potare oportet, docuit Hippocr. quod educat qua parte febris magis hæret. Alibi, dolores, legitur, ſupra Hip.lib.de loc. in hom. Hip. 4.aph.18

præcordia quicumque egent purgatione per ſuperiora purgari oportere ſignificant, qui verò infrà ſubſiſtunt per inferiora. In lib. de Vlceribus; Purgatio per aluum multis vlcerum prodeſt, præterea vulneribus, quæ in capite ſunt accepta, item quæ in ventre, & articulis, ad hęc ijs, quibus oſſi caries impendet; præterea quæ ſuuntur, & quæ exeduntur, & herpetibus, & reliquis, quæ vlcera diuturna reddunt, etiam quæcumque deliganda ſunt per aluum purganda. Etiam igitur in febribus affectæ partes indicant, & reſpiciendæ ſunt.

Hip. lib. de loc. in hom. Gal. 3. meth. c. 7. 9. meth. c. 13.

Sextò indicant vires. Namque fortioribus corporibus fortiora, debilioribus autem debilia medicamenta conueniunt, cum Hipp. Et Gal. maior inquit, ratio habenda eſt virium, quam ipſius morbi.

Sed dices, Vires in principio ſunt fortiores; ergò purgantia fortia etiam in principio febrium exhibenda ſunt contra ea quæ ſuperius contendebantur.

Reſpondetur, quamquam vires in principio maiores exiſtant, licet pariter, & virium ratione pharmaca purgantia in principio conueniant; nihilominus aliorum reſpectu contraindicantium, vt ſuperius dicebatur, nequaquam exhibere licet.

Hip. lib. de loc. in hom.

Vires autem ità penſitandæ ſunt in febribus, veluti Hippocr. edocuit in lib. de locis in homine, his verbis. Si morbus debilis & fortis ægrotus, fortiori quam morbus eſt medicamento vtendum: ſi verò morbus fortis, & debilis ægrotus, debilibus pharmacis curabis, quæ ipſum morbum ſuperent & abducant, verum ægrotum nihilò debiliorem reddant.

Gal. lib. de med. purg.

Septimò indicat ambiens; Vndè propterea Gal. tempore æſtatis, edocebat, à canis ortu per dies quinquaginta vitare oportet, & non dare medicamentum, ſed infuſis per clyſterem vti.

Pau. li. 2. c. 37

Paulus etiam Aegineta; Ergò loquebatur, ſi æſtas ſit,

&

& æger calidi temperamenti, frigideq́; potioni aſſuetus, frigidum huic dabis medicamentum: ſin hyems ſit, calidum omnibus.

Antè omnes, Hippocr. in lib. de ſalubri diæta, ſex inquit menſes hibernos vomendum, hoc enim tempus pituitoſius æſtiuo: cum verò æſtas, & color fuerit infuſis vtendum eſt.

Sed cur inquit Hippocr. ſex menſes hibernos, cum tres aſtrologicè, ad ſummum quatuor ſint menſes hyemis? Annus, inquit idem Hippocr. diuiditur in quatuor partes, hyemem, ver, æſtatem, & autumnum. Hyems à pleiadum occaſu vſque ad æquinoctium vernum; ver autem ab æquinoctio vſque ad pleiadum exortum. Aeſtas vero à pleiadum ortu, vſque ad arcturi exortum. Autumnus ab arcturi exortu vſque ad pleiadum occaſum. Hanc eandem ſententiam de anni diuiſione adſciuerunt Diocles, Gal. Paul, & ferè omnes Græcorum. Inter latinos Varro, Plin. & alij. Ver ergò aperit nauigantibus maria, legitur Plin. cuius in principio fauonij hybernum molliunt cœlum, Sole aquarij vigintiquinque obtinente partes, is dies ſextus eſt antè februarias idus. Fauonium quidem ad VII. Cal. Martij Chelidoniam vocant ab hirudinis vſu: nonnulli verò Orinthiam vno & ſeptuageſimo die poſt brumam ab aduentu auium flantem per dies nouem. Fauonio contrarius ſubſolanus. Datus eſt autem huic exortus virgiliarum in totidem partibus tauri ſex diebus antè Maias idus, quod tempus auſtrinum eſt huic vento Septentrione contrario. Ardeſtiſſimo autem æſtatis tempore oritur caniculæ ſydus, ſole primam partem Leonis ingrediente, qui dies decimuſquinctus antè Auguſti calen. eſt. Huius exortum diebus octo fermè aquilones antecedunt, quos prodomos appellant; poſt biduum autem exortus iidem aquilones conſtantius perflant diebus quadraginta

Hipp. 3. de diæta.

Diocl. ep. ref.
Paul. lib. 1. c. 100.
Gal. in prim. epid.
Varro lib. 1. c. 31.
Plin. lib. 2. c. 49.

draginta quos ecthesias vocant: molliore eos creditur ſolis vapor germinatus ardore ſyderis, nec vlli ventorum magis ſtati ſunt. Poſt eos rurſus Auſtri frequentes vſque ad ſydus Arcturi, quod exoritur vndecim diebus antè æquinoctium autumni. Poſt æquinoctium diebus ferè quatuor & quadraginta, vergiliarum occaſus hiemem inchoat, quod tempus in tertio Idus Nouembris incidere conſueuit, hoc eſt Aquilonis hiberni, multumque æſtiuo illi diſſimilis: cuius ex aduerſo eſt Africus. Antè brumam autem ſeptem diebus, totidemque poſteà, ſternitur mare halcyonum fœturæ, & indè nomen vndecim dies traxere, reliquum tempus hyemat. Ex his ergò Plinij, ſex menſes haud, quatuor verò, vel paulò plus in ſe continere hyemem colligitur, contrà illa quæ Hipp. anteà dicebat. Sex autem menſes dixiſſe hiemem Hippocratem, ego reſponderem, quatenus annus duabus modò partibus hyeme, & æſtate conflaretur, non autem quatuor vt alibi diuidebat: comprehendidit nimirum hic Hipp. ſub hyeme autumnum, tempus eiuſdem naturę hyemis magis accedens quam aliæ anni partes, & ideò ſex menſes appellauit quoque hyemem.

Hip. 4. aph. 4. Sed dices iterum, medicari legitur in aph. Hippocr. æſtate ſuperiores magis, hyeme verò inferiores. igitur ſex menſes hybernos nequaquam vomendum eſt, vt ſuperius affirmabatur.

Reſpondetur, quemadmodum diuerſis in locis, ità pariter & diuerſa intentione loquutum fuiſſe Hippocratem. In libro inquam de diæta ſex menſes hybernos vomendum legitur quià cum ſanis loquebatur Hipp. hic autem in aph. ſecus per inferiora purgandum, quoniam de victus ratione in ordinè ad ægros ſermo erat.

Eurnius in com. Vel cum Eurnio, Hippocratem, dicemus, in aph. intellexiſſe de vomitu vniuerſali, qui medicamentis com-

parari

parari ſolet. in lib. autem de ſalubri diæta è contrà pœculiarem vomitum intellexiſſe, & eius videlicet materiæ, quæ in ventriculo ſolum reperitur: cuius pariter vomendi particulariter vſus, apud antiquos cum græcos, quam latinos, frequentiſſimus erat. Hippocrates alibi bis in menſe vomendum eſſe docebat, & ſemper poſt aliquam ventriculi repletionem. Ratio autem cur vomitus particulares adeò in vſu vetuſtioribus eſſent, nulla alia mihi eſt profectò, quam vernacula tunc temporis repletio: vel, & melius fortaſsè dicemus, id conſuetum fuiſſe ex mala quadam intruſa conſuetudine ab aliquo magno viro: vndè magnus etiam vir eſſe debebat, qui eandem demitteret; cuiuſmodi Aſclepiades fuit ſuperioribus à Plinio recenſitus. *Hipp. 3. de diæta.*

Ventres, inquit etiam Hipp. in aph. hyeme, & vere natura calidiſſimi ſunt. Igitur iiſdem quoquè temporibus veriſimile eſt pituita non ſcatere homines: neque etiam vomendum eſſe. *Hip. 1. aph. 15*

Quamquam ventres in hyeme calidiſſimi ſint, nihilominus, dicitur, animalium corpora hyeme pituitâ magis abundare, quam aliis humoribus: tum quià inquit Gal. particulæ corporis ab ambiente adeò refrigerantur, vt etiam pituitoſa poſtmodum generentur: tum etiam quià hyberno tempore plus alimenti accipiunt homines, vndè repletio, cruditates, pituitoſaq; omnia exoriuntur. *Gal. 1. de nat. hum.*

Octauò indicant purgationem ætates. Quià differt corpus à corpore, ætas ab ætate inquit Hipp. in lib. de morbis. Et lib. de genitura, habenda eſt ratio hominis, legitur, & ætatis, & ſpeciei, horæq; anni, & modi ipſius morbi. In hiſtoriis epidemiorum Silenus legitur annum ætatis agebat circiter vigeſimum. Vt Equilo Palamedis in Laryſſa vndecim annorum erat. Arnaldus Villanouanus pueris, & decrepitis pharmaca pur- *Hipp. 1. de morb.* *Hipp. 5. epid.* *Arnald. in aph.*

gantia valdè ſuſpecta eſſe prodidit; & iuuenibus quoq; ſi crebrò ſint ſuſcepta.

Sed de ætatibus quidquid ſit, nonò indicare dicebatur conſuetudinem. Et conſuetudo non parui eſt momenti cum ad omnia alia, tum præcipuè ad euacuationis indicationem dicebat Galenus; quidam enim nunquam prius fuere euacuati, neque vnquam euacuationem integram pertulerunt, & multis cibis vſi ſunt: nonnulli contrà neque multis cibis vſi fuerunt, & euacuationibus ſunt aſſueti. Hos igitur intrepidè euacuare oportet, quando, & reliqua etiam conſentiant: alios verò nec ſi omnia alia id ſuaſerint.

Galen. 1. ad Glauc. c. 14. lib. quos & quandò purgare oporteat.

Hipp. in lib. de ſalubri diæta: Quicumque autem loquebatur, bis in menſe vomere conſueuit, huic melius eſt vt conſequenter in duobus diebus vomat, quam per quintum, & decimum. Atq. in lib. de med. purgantibus: Cum itaq; alicui pharmacum dare voles, ſiuè ſurſum purgans, ſiuè deorsũ interrogare ipſum oportet an prius biberit medicamentum, & an aluus ex deorſum purgantibus cita ſit, & celeriter obediat, aut dura. Et ſi citam ac facile ſolutu eſſe dixerit, mollioribus, & paucioribus medicamentis opus habet. Si verò dura fuerit fortioribus indiget: Idem modus in ſurſum purgantibus requiritur. at ſi nunquam neque ſurſum, neq; deorſum purgatum eſſe dixerit, neque medicamentum bibiſſe, cognoſcere oportet an ad ea quæ ſanus in corpos ingeſſit, aluus deorſum ſolutu facilis fuerit, aut ſurſum verſus oppoſita ad vomitionem, & an ad repletionem aliquam alui profluuium ipſi ſucceſſerit: hæc omnia interrogare oportet quo rectè cõſulere poſſis. namque aliàs, turpis eſt calamitas medicamento purgante dato hominem interire; & medicamentorum prima exhibitio in tua poteſtate ſita, cœtera autem fortuna adminiſtratrice contingunt, cum Gal. ſuperioribus.

Hipp. lib. de med. purg. Gal. li. de vena ſect. ad Eraſic. c. 12.

De-

Decimò purgationem in febribus indicat pœculiaris cuiuſq; natura. Tanquam enim quoddam accidens ægrotantis ad patiendum facilitatem conſiderare eſt neceſſarium, cum ſupradicto Galeno, atque multi neq; vnquam facilè euacuati, neque euacuationem vllam integram, aut inediam longam poſſunt, perferre, ſed aliis quidem ab iſta facilè totius corporis robur labefactatur, alijs verò os ventriculi malè afficitur, adeò vt cibos abhorreant, quod ſi eos cogantur aſſumere, aut non retinent, aut malè concoquunt, & quæ ſequuntur. Vt ſympatiæ, vel antipatiæ cum alimentis, odoribus, ſaporibus, vel alijs huiuſmodi, hominibus ſunt; ità etiam & medicamentis: atque rhabarbaro, exempli gratià, nonnulli facillimè purgantur, alij verò difficillimè; quidam alij euomunt hoc, aliud verò retinẽt pharmacorum: nimirum occultæ ſunt cum Auic. naturæ potentiæ, & cuiq; proprias natura cõſtituit. *Galen. 1. ad Glauc. c. 14.*

Vndecimò indicant ſexus: tum quidem ratione alterius, tum etiam ſui met. Ratione alterius quidem, lactantes mulieres, inquiunt Hippocrat. Galen. & alij, ſi aliquo purgante veſci contingat, etiam pueros vim pharmaci ſentire neceſsè eſt. Ratione autem ſui quoniam ex eodem Hippocrat. multum refert, ad facilem ac difficilem purgationem, vir ſit an mulier qui morbum habet, iuuenis an ſenex, & mulier iuuencula, an anicula. *Hipp. 6. epid. ſect. 5. t. 29. Gal. ibidem. Hipp. 1. de morb.*

Et in lib. epid. Cœterum, legimus, mulieres non ſimiliter à tuſſi afflictæ, verum paucæ febricitarunt, & ex his valdè paucæ ad peripneumonicam affectionem deuenerunt, atque hę ſeniores, & omnes ſuperſtites euaſerunt: cauſabar autem hoc fieri, eo quod non ſimiliter velut viri prodirent, & quod nequaquam ſimiliter vt viri morbis corripiuntur. Cum itaque fœminarum morbi proprij quidam ſint, neque viris communes; *Hipp. 6. epid. ſect. 6.*

nes. Igitur etiam purgantia quædam fœminis, nonnulla autem viris apta ſunt, & magis propria.

Hipp. 6. epid. ſect. 3. t. 34. Duodecimò indicant exercitia. Vndè idem Hipp. conſiderare inquit oportet occaſiones ex quibus ægrotare incœperint ægri, Profectò piſcatoris exercitium, occaſio eſt ad morbos frigidos; chimiſtæ, furnarij, vel alterius ſimilis, occaſio eſt ad calidos affectus. Aliter quoque purgantibus medicamentis tractandi ſunt edaces, vitamque otioſam degentes; quam frugales, continenteſque homines. Illis nimirum fortes,atque fortes purgationes exercendæ ſunt; his in aduerſum aut nullę, vel debiliſſimæ.

Plato in Thimæo ſilinus l. 1. ſan.tuend. cap. 21. Hip. 1. epid. Decimotertiò indicant purgationem longitudo, vel breuitas morbi: Docuitque id, præſertim, Plato in Thimæo, cum diuturnam affectionem valentioribus præſidijs haud irritandam protulit.

De Scamandro in Laryſſa; Videbatur autem refert Hipp. multo tempore morbum ferre potuiſſe, niſi ex pharmaci vi perijſſet. Qua propter in morbis qui actu longi, vel futuri ſunt, purgantia pharmaca multarum virium exhibere non conuenit: verum debiliora eſſe debent, & quæ pluries reiterari poſſint: non autem ſemel exhibita interficiant,vt Scamandro accidit.Commenſurandæ ſunt cum ægrorum viribus quæcumque euacuationes, atque tales ſemper tutandæ, vt cum morbo ſufficere poſſint, non autem eodem prius deficiant, vt de alimentis particulariter Hipp. in aphor. *Hip. 1. aph. 19* loquebatur. Coniectari autem oportet,inquit ibidem Hip. an æger cum victu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat: & numquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare, vel morbus anteà deficiat,atq; habeteſcat. Hunc aphoriſmum præ oculis ſemper habere deberent medici, quoniam in quacumque euacuatione peragenda,longitudo,vel breuitas morbi coniecta n-

Digitized by Google

lectandæ ſunt: ſique morbum cognoſcemus longo tempore duraturum, euacuationes paruæ celebrandæ ſunt, ne ſcilicet viribus deſtituantur ægri, ſed vegeti potius relinquantur, atque ad morbi omne tempus duraturi. Si autem è contrà breuis futura eſt febris (de qua agitur) etiam largis vti valebimus purgationibus, alijſque euacuationibus.

Decimoquartò indicant purgationem tempora morborum. quià nihil magis periculoſum, quam immatura medicina cum Seneca. atque Hipp. concocta medicare, & mouere non cruda neque in principijs modò non turgeat, plurimum verò non turget aſſerebat. in 5. epidim. ὑποκαθαίρειν τὰς κοιλίας χρὴ ἐν τοῖσι νουσήμασιν, ἢν πέπονα ᾖ. videlicet ſub purgandi ſunt ventres in morbis, vbi purganda matura fuerint, communiter legitur, ſed profectò dictio purganda in græco non reperitur. In ſeptimo autem dictorum epidim. ὑποκαθαίρειν τὰς κοιλίας, etiam legitur, ἐν τοῖσι νουσήμασιν, ἢν πέπονα ᾖ, πεμπταῖα. Vltimam dictionem πεμπταῖα cum Valleſio nos alibi mittenda legebamus; videlicet ſubpurgandi ſunt ventres in morbis, vbi matura fuerint mittenda: inferni quidem vbi conſidiſſe videris: ſignum habes ſi non anxij fuerint, neque capite grauati, & cum calores mitiſſimi, & cum poſt exacerbationes ceſſarint. Cum inquam calores mitiſſimi ſunt purgare oportet: quandò eò temporis, ſiuè humores, ſiuè febres, quomodolibet intelligas, maturæ ſunt, crudæque amplius & fortes nequaquam. febrium ſcilicet impetus cum remiſſus eſt, concomitantia ſympthomata imminuta, partes vel ventres non amplius grauantur, neque anxij ſunt, at confidentes, tunc planè ſubpurgandum eſt, neque earundem in exacerbationibus, ſed cum ceſſarint.

Seneca de conſolat. ad Hecub.

Hip. 1. aph. 22

Hipp. 5. & 7. epid.

Val. in com 7. epid.

In reſp. ad Martia.

Ibidem, ſuperni verò ventres inquit idem Hipp. in

exacer-

Gal. ad Traſib.c.23. Alex. Trall. lib.1.c.2.

Secundum quod in curationibus febrium indicare dicebatur erat cauſa: Vndè Galen. ad Traſyb. Ad curationem ſatis eſt cauſæ perceptio,loci vexati dignotio,& facultatis menſura. Et Alex. Trall. diligenter inquit,attendendum eſt,qua ex parte naſcatur morbus, & generationis trahat originem, ſic namq; morbus ſi modum, vel tempus inſpexeris arte facilius ſolui poterit. Cauſas febrium ſuperioribus explicando iam plures, atque præſertim humores dicebamus,quibus omnibus in ſubſtantia deficientibus,purgationes celebrandę ſunt,ſecus cui tandæ contra indicantibus exiſtentibus.

Galen. 1. ad Glauc.c.14.

Tertiò indicant purgationes ſympthomata; ſic etenim Galen.docuit in lib.ad Glauconem. Quæ verò,inquiens,cum accidentibus ſunt febres, non æquè ſimplicem exigunt curationem, at pro viribus metiendum eſt quanta ſit febris,quantumuè ex accidentibus periculum immineat: atque ad id quod vehementius,ac difficilius intendendum, non poſthabita omninò etiam alterius cura. Age enim ſi quis febricitet, eorum qui non ſunt habitus plenioris, verum ex accidentibus cruditatibus angorem quemdam ſentiat, ac morſum, atque os ventriculi preſſum,vel ſi etiam humorem aliquem malum euomuerit, & in huius tranſitum non parum fuerit offenſus, adeò vt difficilè ferat, atque moleſtè: numquid hic ad febrem reſpicientes,ſolam multitudinem euacuare tentabimus,quod alioquin ſinè moleſtia faceremus, an prius ori ventriculi prouidebimus? ac poſtea ſic vbi circà hoc benè ſe habuerit, quam licuerit totius corporis euacuationem faciemus, mihi quidem ità agendum videtur. Multos itaque vidi qui ità affecti erant,quoſdam interijſſe, nonnullos ad extremum periculum fuiſſe perductos, cum medici eos euacuare tentaſſent anteaquam os ſtomachi corroboraſſent.

Ibidem,ſed neque ſi fuerit febris,inquit idem Galen.

cum

cum profluuio ventris alia eſt opus euacuatione, ſed hęc ſola ſufficit, quamuis non ſit pro multitudinis ratione: ſi vehementes etiam vigiliæ, aut dolor intenſus ægrotum infeſtent, cauendæ ſunt ſubitæ, ac multæ euacuationes.

Antè ipſum Galen. nigra vomentes dixerat Hippoc. cibos faſtidientes, deliros, in pube parum dolentes, quibus oculus ferox, clauſuſque, purgare non oportet, neq. intumeſcentes, vertiginoſoſque, neque in errando deficientes, neque cibos auerſantes, neque decolores. Neq. in febre comatoſos, inclinatoſque, perniciosè enim habent. *Hipp. in prorrhett. com. 1. t. 36. 37. 38.*

Cornelius Celſus, denique, de purgatione per vomitũ ſic loquebatur. At vomitus, vt in ſecunda quoque valetudine ſæpè neceſſarius bilioſis eſt, ſic etiam in his morbis, quos bilis concitauit. Ergò omnibus qui antè febres horrore, & tremore vexantur, omnibus qui cholera laborant, omnibus etiam cum quadam hilaritate inſanientibus, & comitiali quoque morbo oppreſſis, neceſſarius eſt. Sed ſi acutus morbus eſt, ſicut in cholera, ſi febris, vt inter rigores, aſperioribus medicamentis opus non eſt, ſicut in deiectionibus quoque ſupra dictũ eſt, ſatisq; eſt ea vomitus cauſa ſumi, quę ſanis quoque ſumenda eſſe propoſui. *Celſ.*

Quartò loco indicat temperamentum. quia Gal. quicumque dixit, calidi, & ſicci natura ſunt, hi omnes facilè ab integris euacuationibus offenduntur: differt enim ſicut natura à natura, ætas ab ætate, ſic etiam temperamentum à temperamento. In valdè humidis medicamenta in forma ſicciori melius exhibentur, quam humidiori, vt ſiccis è contrà, humida pharmaca eſſe debent. *Galen. 1. ad Glauc. c. 14.*

Quintò indicant partes affectæ. Et ideò medicamentum potare oportet, docuit Hippocr. quod educat qua parte febris magis hæret. Alibi, dolores, legitur, ſupra *Hip. lib. de loc. in hom.* *Hip. 4. aph. 18*

præcordia quicumque egent purgatione per ſuperiora purgari oportere ſignificant, qui verò infrà ſubſiſtunt per inferiora. In lib. de Vlceribus; Purgatio per aluum multis vlcerum prodeſt, præterea vulneribus, quæ in capite ſunt accepta, item quæ in ventre, & articulis, ad hęc ijs, quibus oſſi caries impendet; præterea quæ ſuuntur, & quæ exeduntur, & herpetibus, & reliquis, quæ vlcera diuturna reddunt, etiam quæcumque deliganda ſunt per aluum purganda. Etiam igitur in febribus affectæ partes indicant, & reſpiciendæ ſunt.

Sextò indicant vires. Namque fortioribus corporibus fortiora, debilioribus autem debilia medicamenta conueniunt, cum Hipp. Et Gal. maior inquit, ratio habenda eſt virium, quam ipſius morbi.

Hip. lib. de loc. in hom. Gal. 3. meth. c. 7. 9. meth. c. 13.

Sed dices, Vires in principio ſunt fortiores; ergò purgantia fortia etiam in principio febrium exhibenda ſunt contra ea quæ ſuperius contendebantur.

Reſpondetur, quamquam vires in principio maiores exiſtant, licet pariter, & virium ratione pharmaca purgantia in principio conueniant; nihilominus aliorum reſpectu contraindicantium, vt ſuperius dicebatur, nequaquam exhibere licet.

Vires autem ità penſitandæ ſunt in febribus, veluti Hippocr. edocuit in lib. de locis in homine, his verbis. Si morbus debilis & fortis ægrotus, fortiori quam morbus eſt medicamento vtendum: ſi verò morbus fortis, & debilis ægrotus, debilibus pharmacis curabis, quæ ipſum morbum ſuperent & abducant, verum ægrotum nihilò debiliorem reddant.

Hip. lib. de loc. in hom.

Septimò indicat ambiens; Vndè propterea Gal. tempore æſtatis, edocebat, à canis ortu per dies quinquaginta vitare oportet, & non dare medicamentum, ſed infuſis per clyſterem vti.

Gal. lib. de med. purg.

Paulus etiam Aegineta; Ergò loquebatur, ſi æſtas ſit, &

Pau. li. 2. c. 37.

& æger calidi temperamenti, frigideq; potioni aſſuetus, frigidum huic dabis medicamentum: ſin hyems ſit, calidum omnibus.

Antè omnes, Hippocr. in lib. de ſalubri diæta, ſex inquit menſes hibernos vomendum, hoc enim tempus pituitoſius æſtiuo: cum verò æſtas, & color fuerit infuſis vtendum eſt.

Sed cur inquit Hippocr. ſex menſes hibernos, cum tres aſtrologicè, ad ſummum quatuor ſint menſes hyemis? Annus, inquit idem Hippocr. diuiditur in quatuor partes, hyemem, ver, æſtatem, & autumnum. Hyems à pleiadum occaſu vſque ad æquinoctium vernum; ver autem ab æquinoctio vſque ad pleiadum exortum. Aeſtas vero à pleiadum ortu, vſque ad arcturi exortum. Autumnus ab arcturi exortu vſque ad pleiadum occaſum. Hanc eandem ſententiam de anni diuiſione adſciuerunt Diocles, Gal. Paul, & ferè omnes Græcorum. Inter latinos Varro, Plin. & alij. Ver ergò aperit nauigantibus maria, legitur Plin. cuius in principio fauonij hybernum molliunt cœlum, Sole aquarij vigintiquinque obtinente partes, is dies ſextus eſt antè februarias idus. Fauonium quidem ad VII. Cal. Martij Chelidoniam vocant ab hirudinis vſu: nonnulli verò Orinthiam vno & ſeptuageſimo die poſt brumam ab aduentu auium flantem per dies nouem. Fauonio contrarius ſubſolanus. Datus eſt autem huic exortus virgiliarum in totidem partibus tauri ſex diebus antè Maias idus, quod tempus auſtrinum eſt huic vento Septentrione contrario. Ardeſtiſſimo autem æſtatis tempore oritur caniculæ ſydus, ſole primam partem Leonis ingrediente, qui dies decimuſquinctus antè Auguſti calen. eſt. Huius exortum diebus octo fermè aquilones antecedunt, quos prodomos appellant; poſt biduum autem exortus iidem aquilones conſtantius perflant diebus qua-

Hipp. 3. de diæta.

Diocl. ep. ref. *Paul. lib. 1. c. 100.* *Gal. in prim. epid.* *Varro lib. 1. c. 31.* *Plin. lib. 2. c. 49.*

Digitized by Google

draginta quos ecthesias vocant: molliore eos creditur ſolis vapor germinatus ardore ſyderis, nec vlli ventorum magis ſtati ſunt. Poſt eos rurſus Auſtri frequentes vſque ad ſydus Arcturi, quod exoritur vndecim diebus antè æquinoctium autumni. Poſt æquinoctium diebus ferè quatuor & quadraginta, vergiliarum occaſus hiemem inchoat, quod tempus in tertio Idus Nouembris incidere conſueuit, hoc eſt Aquilonis hiberni, multumque æſtiuo illi diſſimilis: cuius ex aduerſo eſt Africus. Antè brumam autem ſeptem diebus, totidemque poſteà, ſternitur mare halcyonum fœturæ, & indè nomen vndecim dies traxère, reliquum tempus hyemat. Ex his ergò Plinij, ſex menſes haud, quatuor verò, vel paulò plus in ſe continere hyemem colligitur, contrà illa quæ Hipp. anteà dicebat. Sex autem menſes dixiſſe hiemem Hippocratem, ego reſponderem, quatenus annus duabus modò partibus hyeme, & æſtate conflaretur, non autem quatuor vt alibi diuidebat: comprehendidit nimirum hic Hipp. ſub hyeme autumnum, tempus eiuſdem naturę hyemis magis accedens quam aliæ anni partes, & ideò ſex menſes appellauit quoque hyemem.

Hip. 4. aph. 4. Sed dices iterum, medicari legitur in aph. Hippocr. æſtate ſuperiores magis, hyeme verò inferiores. igitur ſex menſes hybernos nequaquam vomendum eſt, vt ſuperius affirmabatur.

Reſpondetur, quemadmodum diuerſis in locis, ità pariter & diuerſa intentione loquutum fuiſſe Hippocratem. In libro inquam de diæta ſex menſes hybernos vomendum legitur quià cum ſanis loquebatur Hipp. hic autem in aph. ſecus per inferiora purgandum, quoniam de victus ratione in ordine ad ægros ſermo erat.

Eurnius in com. Vel cum Eurnio, Hippocratem, dicemus, in aph. intellexiſſe de vomitu vniuerſali, qui medicamentis com-

parari

parari ſolet. in lib. autem de ſalubri diæta è contrà pœculiarem vomitum intellexiſſe, & eius videlicet materiæ, quæ in ventriculo ſolum reperitur: cuius pariter vomendi particulariter vſus, apud antiquos cum græcos, quam latinos, frequentiſſimus erat. Hippocrates alibi bis in menſe vomendum eſſe docebat, & ſemper poſt aliquam ventriculi repletionem. Ratio autem cur vomitus particulares adeò in vſu vetuſtioribus eſſent, nulla alia mihi eſt profectò, quam vernacula tunc temporis repletio: vel, & melius fortaſsè dicemus, id conſuetum fuiſſe ex mala quadam intruſa conſuetudine ab aliquo magno viro: vndè magnus etiam vir eſſe debebat, qui eandem demitteret; cuiuſmodi Aſclepiades fuit ſuperioribus à Plinio recenſitus. *Hipp. 3. de diæta.*

Ventres, inquit etiam Hipp. in aph. hyeme, & vere natura calidiſſimi ſunt. Igitur ijſdem quoquè temporibus veriſimile eſt pituita non ſcatere homines: neque etiam vomendum eſſe. *Hip. 1. aph. 15*

Quamquam ventres in hyeme calidiſſimi ſint, nihilominus, dicitur, animalium corpora hyeme pituitâ magis abundare, quam alijs humoribus: tum quià inquit Gal. particulæ corporis ab ambiente adeò refrigerantur, vt etiam pituitoſa poſtmodum generentur: tum etiam quià hyberno tempore plus alimenti accipiunt homines, vndè repletio, cruditates, pituitoſaq; omnia exoriuntur. *Gal. 1. de nat. hum.*

Octauò indicant purgationem ætates. Quià differt corpus à corpore, ætas ab ætate inquit Hipp. in lib. de morbis. Et lib. de genitura, habenda eſt ratio hominis, legitur, & ætatis, & ſpeciei, horæq; anni, & modi ipſius morbi. In hiſtorijs epidemiorum Silenus legitur annum ætatis agebat circiter vigeſimum. Vt Equilo Palamedis in Laryſſa vndecim annorum erat. Arnaldus Villanouanus pueris, & decrepitis pharmaca pur- *Hipp. 1. de morb.* *Hipp. 5. epid.* *Arnald. in aph.*

gantia

gantia valdè ſuſpecta eſſe prodidit; & iuuenibus quoq; ſi crebrò ſint ſuſcepta.

Sed de ætatibus quidquid ſit, nonò indicare dicebatur conſuetudinem. Et conſuetudo non parui eſt momenti cum ad omnia alia, tum præcipuè ad euacuationis indicationem dicebat Galenus; quidam enim nunquam prius fuere euacuati, neque vnquam euacuationem integram pertulerunt, & multis cibis vſi ſunt: nonnulli contrà neque multis cibis vſi fuerunt, & euacuationibus ſunt aſſueti. Hos igitur intrepidè euacuare oportet, quando, & reliqua etiam conſentiant: alios verò nec ſi omnia alia id ſuaſerint.

Galen. 1. ad Glauc. c. 14. lib. quos & quandò purgare oporteat.

Hipp. in lib. de ſalubri diæta: Quicumque autem loquebatur, bis in menſe vomere conſueuit, huic melius eſt vt conſequenter in duobus diebus vomat, quam per quintum, & decimum. Atq. in lib. de med. purgantibus: Cum itaq; alicui pharmacum dare voles, ſiuè ſurſum purgans, ſiuè deorsũ interrogare ipſum oportet an prius biberit medicamentum, & an aluus ex deorſum purgantibus cita ſit, & celeriter obediat, aut dura. Et ſi citam ac facile ſolutu eſſe dixerit, mollioribus, & paucioribus medicamentis opus habet. Si verò dura fuerit fortioribus indiget: Idem modus in ſurſum purgantibus requiritur. at ſi nunquam neque ſurſum, neq; deorſum purgatum eſſe dixerit, neque medicamentum bibiſſe, cognoſcere oportet an ad ea quæ ſanus in corpos ingeſſit, aluus deorſum ſolutu facilis fuerit, aut ſurſum verſus oppoſita ad vomitionem, & an ad repletionem aliquam alui profluuium ipſi ſucceſſerit: hæc omnia interrogare oportet quo rectè cõſulere poſſis. namque aliàs, turpis eſt calamitas medicamento purgante dato hominem interire: & medicamentorum prima exhibitio in tua poteſtate ſita, cætera autem fortuna administratrice contingunt, cum Gal. ſuperioribus.

Hipp. lib. de med. purg. Gal. li. de venæ ſect. ad Eraſic. c. 12.

De-

Decimò purgationem in febribus indicat pœculiaris cuiuſq; natura. Tanquam enim quoddam accidens ægrotantis ad patiendum facilitatem conſiderare eſt neceſſarium, cum ſupradicto Galeno, atque multi neq; vnquam facilè euacuati, neque euacuationem vllam integram, aut inediam longam poſſunt, perferre, ſed aliis quidem ab iſta facilè totius corporis robur labefactatur, alijs verò os ventriculi malè afficitur, adeò vt cibos abhorreant, quod ſi eos cogantur aſſumere, aut non retinent, aut malè concoquunt, & quæ ſequuntur. Vt ſympatiæ, vel antipatiæ cum alimentis, odoribus, ſaporibus, vel alijs huiuſmodi, hominibus ſunt; ità etiam & medicamentis: atque rhabarbaro, exempli gratià, nonnulli facillimè purgantur, alij verò difficillimè; quidam alij euomunt hoc, aliud verò retinẽt pharmacorum: nimirum occultæ ſunt cum naturæ potentiæ, & cuiq; proprias natura cõſtituit. *Galen. 1. ad Glauc. c. 14.* *Auic.*

Vndecimò indicant ſexus: tum quidem ratione alterius, tum etiam ſui met. Ratione alterius quidem, lactantes mulieres, inquiunt Hippocrat. Galen. & alij, ſi aliquo purgante veſci contingat, etiam pueros vim pharmaci ſentire neceſsè eſt. Ratione autem ſui quoniam ex eodem Hippocrat. multum refert, ad facilem ac difficilem purgationem, vir ſit an mulier qui morbum habet, iuuenis an ſenex, & mulier iuuencula, an anicula. *Hipp. 6. epid. ſect. 5. t. 29. Gal. ibidem.* *Hipp. 1. de morb.*

Et in lib. epid. Cœterum, legimus, mulieres non ſimiliter à tuſſi afflictæ, verum paucæ febricitarunt, & ex his valdè paucæ ad peripneumonicam affectionem deuenerunt, atque hę ſeniores, & omnes ſuperſtites euaſerunt: cauſabar autem hoc fieri, eo quod non ſimiliter velut viri prodirent, & quod nequaquam ſimiliter vt viri morbis corripiuntur. Cum itaque fœminarum morbi proprij quidam ſint, neque viris commu- *Hipp. 6. epid. ſect. 6.*

lectandæ ſunt: ſique morbum cognoſcemus longo tempore duraturum, euacuationes paruæ celebrandæ ſunt, ne ſcilicet viribus deſtituantur ægri, ſed vegeti potius relinquantur, atque ad morbi omne tempus duraturi. Si autem è contrà breuis futura eſt febris (de qua agitur) etiam largis vti valebimus purgationibus, alijſque euacuationibus.

Decimoquartò indicant purgationem tempora morborum. quià nihil magis periculoſum, quam immatura medicina cum Seneca. atque Hipp. concocta medicare, & mouere non cruda neque in principijs modò non turgeat, plurimum verò non turget aſſerebat. in 5. epidim. ὑποκαθαίρειν τὰς κοιλίας χρὴ ἐν τοῖσι νουσήμασιν, ἢν πέπονα ᾖ. videlicet ſub purgandi ſunt ventres in morbis, vbi purganda matura fuerint, communiter legitur, ſed profectò dictio purganda in græco non reperitur. In ſeptimo autem dictorum epidim. ὑποκαθαίρειν τὰς κοιλίας, etiam legitur, ἐν τοῖσι νουσήμασιν, ἢν ἦν πέπονα ᾖ, πεμπτέα. Vltimam dictionem πεμπτέα cum Valleſio nos alibi mittenda legebamus; videlicet ſubpurgandi ſunt ventres in morbis, vbi matura fuerint mittenda: inferni quidem vbi conſidiſſe videris: ſignum habes ſi non anxij fuerint, neque capite grauati, & cum calores mitiſſimi, & cum poſt exacerbationes ceſſarint. Cum inquam calores mitiſſimi ſunt purgare oportet: quandò eò temporis, ſiuè humores, ſiuè febres, quomodolibet intelligas, maturæ ſunt, crudæque amplius & fortes nequaquam. febrium ſcilicet impetus cum remiſſus eſt, concomitantia ſympthomata imminuta, partes vel ventres non amplius grauantur, neque anxij ſunt, at confidentes, tunc planè ſubpurgandum eſt, neque earundem in exacerbationibus, ſed cum ceſſarint.

Seneca de conſolat. ad Hecub. *Hip. 1. aph. 22* *Hipp. 5. & 7. epid.* *Val. in com 7. epid.* *In reſp. ad Martia.*

Ibidem, ſuperni verò ventres inquit idem Hipp. in exacer-

exacerbationibus purgandi ſunt,tunc enim & hi eleuantur, cum anxij, & grauati ſupernis partibus fuerint. Paulò autem inferius, propterea ſubiungit in principijs purgandum non eſt, quoniam ſua ſpontè in his temporibus expurgantur. (De vomitu erat ſermo hic Hippocrati.) In principijs videlicet morborum ſua ſpontè vomendo expurgantur ventres ſuperiores; ideò ante purgandum minimè: ſique purgandum, in ipſa acceſſione facendum id eſt,dicere volebat Hipp. eleuatis nimirum, tunc temporis, ab anxiatate, & grauitate ſupernis ventribus, maiori etiam comitate vomitiones fient.

Hip. 2. aph. 29 Præterea, inchoantibus morbis ſi quid tibi videtur mouendum moue, cum verò conſiſtunt melius eſt quietem habere, dicebat Hipp. plurimi commentatorum de ſanguinis miſſione magis hanc ſententiam intelligendam eſſe voluere. Sed & depurgatione etiam intelligendo, ſi quid tibi videtur mouendum moue, inquit Hipp. non verò ſemper, atque vt in principio perpetuò eſſent purgationes agendæ: interdum ſcilicet, magiſque in principio quam ſtatu, ad cuius reſpectum aphoriſmi verba ſunt. & ideò in calce, cum verò conſiſtunt melius eſt quietem habere, etiam legitur.

Hip. in Coac. Decimoquintò indicant purgationem particulares febrium paroxiſmi. Ideoque Hipp. in Coacis quartanarios in paroxiſmo ipſo purgandos docuit, & nulla ſanè alia purgatione, quam ſuperna, percuntanti reſponderem: ſiquidem eò temporis ſuperiores ventres eleuantur, & ad vomitum magis inclinant, quam infernam purgationem, vt paulo ſuperius declarabatur: Inferne autem purgationes, quantum poſſibile eſt in iiſdem paroxiſmis euitandæ ſunt; cum etiam intrinſecæ partes calidiores ſint, medicamenta autem omnia purgantia, etiam calida per Hipp. vtque calida plures corporis

Hipp. 4. de morb. Gal. 5. ſympl. 5. c. 5.

corporis partes peragrantia magis etiam calefaciant, neceſsè eſt.

Ideò, vt etiam docebat Auic. In die paroxiſmi nè quidquam moueas, neque febrem cures. Sed potius cum Hipp. acceſſiones conſiderandæ ſunt, & an citius redeant, & continuitas, & quæ ſequuntur. *Auic.* *Hipp. 4. epid.*

Decimoſextò ordinatæ naturæ functiones in purgatione haud etiam ſpernendæ ſunt: cum medicus naturę imitator non tantum eſſe debeat, ſed etiam eorum, quæ cum ſua ſpontè veniunt conferunt, vt Hipp. & Gal. edocebant. Modum qui ſanitatem facit, non mutabis alibi legimus, atque natura quò vergit per loca conferentia eò ducere oportet. Vndè ſi menſtrua moliantur, exempli gratia, aut hemorrhoidum purgationes, cœterique interſint à natura motus in febribus, aliæ purgationes tentandæ non ſunt, ſed eadem agere debet medicus, quæ natura aggreſſa eſt. *Hip. lib. de vlceribus. Gal. 4. meth. 6. Hip. lib. de loc. in homin. & aph.*

Decimoſeptimò indicant vires ipſorum remediorum: quæ cum Tralliano contrariæ ſemper ſint ſuperanti affectui, familiares autem, & amicæ ægrotantis habitui. *Trall. vbi de angin.*

Duodevigeſimo atq; poſtremò, purgationem faciendam indicant ſydera, cum iiſdem quæ ſequuntur Hippocratis verbis.

Sub cane, & antè canem operoſæ, ἐργώδεις græcè, ſunt purgationes. *Hip. 4. aph.*

Tempore æſtatis à canis ortu per dies quinquaginta vitare oportet, & non dare medicamentum, ſed infuſis per cliſterem vti. *Hipp. lib. de med. purg.*

Maximè autem obſeruare oportet magnas temporum mutationes, vt neque medicinas in illis libenter exhibeamus, neque vramus quæ circà ventrem, neque ſecemus priuſquam prætereant dies decem, aut plures, non pauciores. Periculoſiſſima ſunt etiam ambò ſolſti- *Hip. li. de aere aquis & loc.*

tia,

tia, maximè verò æſtiuum; periculoſum etiam æquinoctium vtrumque, magis verò autumnale. oportet autem & aſtrorum exortus conſiderare, præcipuè canis, deindè arcturi, & pleiadum occaſum: morbi enim in his maximè diebus iudicantur, alijque perimunt, alij verò deſinunt, aut in aliam ſpeciem, aliumq; ſtatum tranſmutantur; & hæc Hipp.

In quibus animaduertendum primò, minimè illud in præſenti doceri, quod à multis exiſtimatur; voluiſſe nimirum Hipp. in præſenti textu vt per decem dies antè & poſt quaſcumq; temporum eximias mutationes, purgationes, & alia dicta, non exercerentur; id profectò Hipp. noluit: Sed ſolum à quibuſuis temporum eximijs mutationibus, purgationem, vſtionẽmque circà ventrem, paracenteſim aliter dictam per decem dies poſt, celebrandas docuit: antè arbitrio cuiuſlibet relinquens; ſunt autem magnæ temporum mutationes cum Gal. diſceſſus æſtatis in autumni tẽpus, autumni in hyemem, hyemis in ver, atque tandem eiuſdem veris in æſtatem. *Gal. 3. aph. 1.*

Periculoſiſſima etiam ſolſtitia ſunt, & æquinoctia ibidem affirmabat Hipp. Plures medicorum, & in huiuſmodi etiam per decem dies antè, & poſt, vacationem habent ab operationibus antedictis; ſed neque in his purgationes, vſtiones circa ventrem, vel ſectiones denique, prohibuit Hipp. ſolſtitia, & æquinoctia vtraq; tantum enuncians.

Igitur ſolſtitiales pariter, vel æquinoctiales dies modò cauendi ſunt, non autem dies decem antè, vel poſt: in ijſdem cum etiam temporibus, ſupradictæ magnæ mutationes haud omnibus fiant. Paulò antè cum Gal. dicebamus magnas temporum mutationes eſſe diſceſſum æſtatis in autumni tempus, autumni in hyemem, hyemis in ver, atque tandem eiuſdem veris in æſtatem.

Nihil

Nihil ex his accidit in vtriſque ſolſtitijs; Igitur ſolſtitia mutationes magnæ non ſunt: ſunt autem periculoloſa ſolſtitia dicerem à ſtatu ſolis; ſiquidem & recedendo, aut nobis idem ſol magis appropinquando, quam conſuetus eſſet, mutationem in corporibus facit, nec non etiam aliqualem alterationem. *Ariſt. in probl.*

Aequinoctia profectò magnæ ſunt temporum mutationes; namque in æquinoctio veris diſcedit hyems, & ver incipit: circà æquinoctium autumnale, oritur arcturus, diſcedit æſtas, & autumnus inchoatur. Vndè poſt æquinoctia vtraq; decem dies vtique expectandi ſunt, & non purgare, neque vrere, vel circà ventrem ſecare, vt ſuperius affirmabatur, oportet.

Canis, & acturi exortum obſeruandum, non autem occaſum ibidem in Hipp. legebatur: quoniam ſcilicet ipſe arcturus in ortu ſolummodò eximiam facit mutationem, nempè diſcedit æſtas, & autumnus inchoatur. In occaſu verò ſecus, aut nullam, aut minimam, nulliuſque momenti cum Ariſt. in probl. *Ariſt. probl. 5. ſect. 1.*

Obſeruandus autem canis exortus, amplius dicitur, quoniam eo temporis ingentiſſimi pariter cœptantur æſtatis calores. Sed vtrum ab ortu canis vt canis eſt, vel ingreſſu ſolis in ſignum Leonis?

Deniquè & pleiadum occaſum in eodem loco affirmabat Hipp. nimirum earundem pleiadum, tam in occaſu, quam etiam in exortu mutationes magnæ fiant: incipit enim, vt ſuperius demonſtrabatur, in ortu pleiadum æſtas, & ver diſcedit; in occaſu verò hyems, & autumnus deſinit.

Adſunt nonnulli affirmantes, & lunam quoque in purgationibus obſeruandam: cuiuſmodi inter cœteros Gal. fuit in lib. mathem. ſcientiarum, & alibi. A quo poſtmodum, vnoque conſenſu, pleniluuia, coniunctiones, quartus, & ſimiles aliòs in ipſa luna ſtatus, *Gal.*

T cuncti

cuncti fere medici in purgationibus aufugiunt. Si huiuſmodi lunæ obſeruationes abſque febrientium iactura fieri poſſint, profectò vt habeantur in purgationibus faciendis ſummoperè laudo. Quod ſi è contrà vrgeat morbus, & purgationis indicationes adſint: ortor, iterumque ortor medicinæ profeſſores,vt lunares dictas mutationes nequaquam operiantur: præter quam quod enim eiuſdem ſyderis Hipp. influentias, & motus non valdè fœcit, quinimò parum, (cum eiuſdem lunæ nomina valdè rarò in Hipp. ſcripta reperiantur) experientia maximè conſtat,lunares aſpectus ad purgationem non facere. quandò in coniunctione, plenilunio, alijſque temporibus fuere pharmaca ſæpius exhibita, & nihil tamen detrimenti exindè acceperunt ægri.

Nequè dicas hanc eandem Lunam influere in cancros, in arbores, in herbas, & cœtera talia: ergò etiam in homines, & malè affectos: ſiquidem influunt in vnam rem ſydera, ſecus in aliam, neque ſemper, & in omnibus rebus. & quatenus in homines etiam influentiæ lunæ exhibeantur: nihilominus vrgente maximè morbo,eidem pariter occurrendum dicerem, quacunque lunæ vi omiſſa.

Galen. 1. ad Glauc c.14. Gal. in lib. ad Glauc. cum eſſet purgaturus,reſpiciebat quoque ægrotantis habitui: quique denſa, inquit, carne conſtant,his habitus haud quaquam facilis pati. quarè non oportet vereri ipſos euacuare ex toto, ſiquidem, & alia id iubent: Sed qui mollem, & tenellam, & diffluentem habent carnem, hi mirum in modũ.Quãquã Gal.in ordine ad phlebotomiam hęc enunciaret, nihilominus de purgatione etiam affirmari poſſunt. Proindè, ibidem, & quicumque ſuprà modum craſſi ſunt, aut macilenti, ſubiungebat, his venam incidere cauendum eſt, aliaſque vacuationes integras vereri oportet. Craſſi, & pingues, & non graciles, cum

Hipp.

Hipp. ieiuni vomant à curſu, aut ambulatione cita iuxtà meridiem. graciales, & debiles à cibis vomitum faciant: Ergò in purgationibus habitus conſiderare per benè valdè erit. *Hip.lib.de ſalubri diæta.*

De eadem purgatione adhuc etiam agentibus, proponitur diluenda quæſtio, qua ratione medicamenta purgent. Etenim Hipp. in lib. de nat. humana, medicamenta inquit, ita trahunt, ſicut ex terra naſcentia, quæ ſibi in alimentum ſuccum terræ magis familiarem exhauriunt. Vndè per Hipp. purgantia medicamenta trahendo, & non alias agunt. In ſententia Hipp. corriuant Galen. Auicenn. Paul. cœteri ferè omnes medici. atque inter alios Meſue ſic loquebatur: Omnis res duplici facultate dotata eſt, elementari videlicet, qua calefacit, ſiccat, humectat, vel refrigerat: altera verò cœleſti, hacque communi, vel ſibi pruprìa; propriamque vel cœleſtem facultatem medicamenta ipſa purgantia præcipuè poſſident, quibus particulare eſt, hunc humorem trahere, vel expurgare, non illum, aut omnes ſucceſſiuè. Eraſiſtratus, vt legiſſe memini, hanc electiuam attractionem in medicinis purgantibus maximoperè inficiabatur. Gal. refert Aſclepiadem purgantia medicamenta trahere nequaquam dixiſſe, ſed potius quemcumq; humorum contingant, in propriam ipſorum ſpeciem tranſmutare. Nonnulli humores è corporibus hominum contrarietate, vel ſympathia detrudi affirmauerunt, minimè autem ſympathia quadam expurgantibus attrahi. Alij præterea purgantia eadem, quæ nomine appellantur, humores colliquando generare, necnon etiam demittere dixerunt. *Meſue. Theoremate 1. can. vniuerſal.* *Galen. lib. de nat. facult. c. 15. & lib. de med. facult.*

Vt alij quidam per accidens medicamenta euacuare affirmauerunt, & ſolummodò naturam irritandò ad expulſionem eorum quæ ſibi noxia ſunt. *Ioubert in parad.*

Ariſt. deniquè in probl. medicamenta, docuit, vbi in *Ariſt. 1 probl. 29.*

ventre reſoluta, & ad venas delata ſunt, ex venis quia concoqui nequeunt regrediuntur, & quidquid obuium fit, ſecum deferunt, & hæc eſt quam purgationem vocamus.

Huiuſmodi autem ex varijs auctoribus ſic dictis: Medicamenta purgantia humores interdum fieri, docuit inter cœteros Gal. cum videlicet eadem medicamenta in quantitate pauca exhibentur, nec non etiam colluuies humorum magna adeſt. id autem aliquandò accidit, neque ex propria purgantium natura, & ſemper, vt Aſclepiades affirmabat.

Refert Coſtæus in Meſue theor. 1. canon. vniu.

Secundò pharmaca nonnulla interdum colliquando euacuare, conceditur etiam; ſicuti euphorbium eſt, quod à frigido coacta, qualia pituitoſa ſunt, calore ſui diſſoluit, colliquatque. Ex hoc autem medicamenta omnia expurgantia colliquando euacuare, inferri non poteſt.

Coſtæus ibid.

Tertiò præter ſupradictos modos, quædam medicamenta abſtergendo purgant, cuiuſmodi acria ſunt, amara, ſalſa, & acida:

Nonnulla abluendo, & hæc dulcia ſunt, inſipida, & huiuſmodi, potius quantitate, quam qualitate educentia pharmaca: qualia mel, inquit Ariſt. in probl. oleum lac, cœteriq; huiuſmodi cibi ſunt.

Ariſt. 1 probl. 42.

Quod autem lac ratione quantitatis magis, quam qualitatis, purgandi vi polleat, declarauit Hippocratis medendi vſus in libris præſertim de internis affect. & acutis. ibi enim lac exhibet Hipp. ad tres vſque heminas: ſcilicet duas ſextarij partes, vel vt lucidius loquar, viginti & ſeptem noſtrarum vnciarum. Hic autem idem Hipp. alteri ægro, ad purgandum, duodecim, vel ſexdecim lactis heminas exhibuiſſe legitur: ſed vtrum vncia vice?

Hip. lib. de inter. aff. etacut.

Amplius de ijſdem purgantibus medicamentis ſcire eſt

eſt, nonnulla propriè & per ſe infernè euacuare: aliqua verò per vomitum ſolummodò; ſicuti & alia prætereà medicamenta vtramque per partem. Vndè Gal. veratrum, inquit, prius vomitum prouocat, deindè verò alui fluorem. Vnctor apud Herpalidem, legimus in epid. temerè bibit medicamentum ſurſum, atque deorſum purgans. Atque Meſue in can. vniuerſalib. medicamentum deiectorium, inquit, fit vomitorium, & hoc ob naturam vel medicamenti, vel ægri. vel vtriuſq; ſimul. Medicamentum enim ſi ventriculo ſupernatat, aut ſtomacho moleſtum eſt, ipſumque valenter agitat, & ſubuertit, aut nimis abominabile eſt, fit pro deiectorio vomitorium. Ad hæc cui ſtomachus tam eſt imbecillis, cum ſumitur medicamentum deiectorium: cui vè ſtercus iam ſiccus inteſtinis obſtructis pertinacius hæret: aut inteſtina ipſa arctata, & anguſtiora reddita ſunt, aut flatus aliquis medicamentum ſubleuat, vomitorium euadit. Poſtremò corporis, aut animi motus aliquis immoderatior, vel fœtor, vel rei abominabilis aſpectus, & ſimilia, medicamentum deiectorium reddunt vomitorium, vti contrà quod natura ſua eſt vomitorium, euadit deiectorium, cauſa ſimiliter medicamenti, vel ęgri, vel vtriuſque: ſed ratione diuerſa. ſi enim medicamentum ex ſua natura promptè ad aluum deſcendat, aut ei grata quædam ſint admixta: ſi item ſtomachus tunc eſt robuſtus, aut ob inanitionem, & vehementem famem valenter appetit, aut aluus natura eſt lubrica, & facilis. ſi denique iucunda quædam obiecta externa apprehenſionem medicamenti prohibeant; id pro vomitorio fiet deiectorium. Huc accedit, quod natura in melius prudenter dirigens omnia, rem vomitoriam facit deiectoriam propter dicta prius commoda, & hæc Meſue.

Ariſt. 1. probl. 41.

Gal. 1 de fract. Com. 2. t. 27.

Hip 7. epid.

Meſue.

Quibus omnibus etiam ſuppoſitis, de iiſdem purgantibus

gantibus medicamentis, quotuplicia ipſa ſint declarandum accedit. Quid nempè illud ſit quod minoratiuum medicamentum recentiores appellant. Quid lenitiuum. In quo differant. Et deniquè habuerit nè Hipp. hanc medicamentorum diſtinctionem?

Meſue in can. vniuerſ. Quoad primum, purgantium medicamentorum, inquit Meſue, nonnulla fortia, & quæ nimirum fortiter purgant; alia verò mediocria, & alia lenia ſunt. Fortiter purgantia medicamenta, helleborum, cataputia, antimonium, ſcamonium, & coetera huiuſmodi appellantur. Leuia verò manna, tamarindi, caſſia, epithimum, thimus, & ſimilia. Et denique inter hæc media, cuncta mediocriter purgantia medicamenta appellanda ſunt.

Quoad ſecundum, minoratiuum à minorando dicitur cum Galeno, & quatenus nimirum purgandam materiam minorem efficiat. Lenitiuum verò quià leniter, blandè, & omni deniquè comitate purgat. *Gal com. aph. 29. 1 ſect.*

Tertiò lenitiuum à minoratiuo, primaque fronte, haud differre videtur, cum omnia medicamenta leuiter purgantia etiam minorare valeant. Vndè ibidem idem Meſue, tamarindi, loquebatur, manna, epithimum, coeteraque huiuſmodi, clementer, & leniendo purgant: necnon etiam cunctis a pragmaticis minorando exhibentur. Igitur quoad hanc partem lenitiua à minorantibus non differunt.

Secus autem, alijſque rationibus, minorantia, & lenientia eadem eſſe non proſpiciuntur: Minorantia ſiquidem à minorando paulò ſuprà affirmabamus. Sed ſic eſt eandem minorationem etiam per alia celebrari valere, quam per lenientia. Igitur minorantia à lenientibus maximè differunt. Per alia, inquam, quam lenientia minorationem conſequi valere; conſtat ex eo, quià fortiter purgantia, ſed in pauca tamen quantitate exhibita

exhibita, etiam minorare, vicemque minoratiui gerere valent.

Cum autem fortiter prugantia minoratiui vices gerant; Vtrum & eadem minoratiua, ſiuè lenitiua, pharmacorum fortiter purgantium vices gerere poſſint? Profectò, in multa tamen quantitate exhibita, ſi non per ſe, ſaltim per accidens, id affirmari valuerit: & materiei tantam colluuiem, lenitiua interdum euacuant, quantam & ipſa fortiter purgantia.

Sed de hac re quidquid ſit, conſcij ſumus è contrà, medicamenta illa quæ fortiter purgantia, vel eradicatiua appellantur, quamquam minoratiua interdum ſint, lenitiua tamen nunquam eſſe poſſunt, licet etiam in pauca quantitate exhibeantur. quandoquidem eorundem fortiter purgantiũ medicamentorum (quamquam parum educant) perpetuò nihilominus, propriumque ſit, vt cum moleſtia, vel perturbatione trahant; & ità etiam Meſue docebat ſuperius adductus. *Meſue in can. vniuerſ.* Vbi Coſtæus rationem afferens, vim inquit medicamenta purgantia faciunt, ſiuè moleſtia educunt, non quidem attractionis cauſsà, verum quià talibus medicamentis inſunt, præter attrahendi vim, qualitates eorum ſubſtantiæ annexæ, quæ naturæ hominis aduerſantur, ob quas perturbari neceſsè eſt.

Ad illud verò, quod vltimò loco ſciſcitabatur, Hippocratem, dicimus, dictorum omnium medicamentorum exactiſſimam ſcientiam calluiſſe. Atq; primò eradicatiua medicamenta, ſiuè fortiter purgantia cognouit in lib. de loc. in homine, & quartò de morbis. *Hip lib. de loc. in hom.* vbi, fortibus, inquit, natura fortiora conueniunt medicamenta, debilibus autem debilia. Et quicumque in diebus imparibus medicamento forti vſi ſunt, nimium purgati etiam fuere. *Hipp. 4. de morb.*

Mediocriter purgantium meminit idem Hipp. in lib. *Hipp. 4 acut. tex. 64.*

acutorum, cum ſi venter murmurauerit, atque alui excretiones bilioſæ fuerint, Scamoneo dato, moderatè purgabis, inquit. Notate mirum, Scamoneo maximè purgabat Hipp. an quià aliter quam hodiè, tunc temporis præpararetur hoc medicamentum? alioquin ſcamoneum moderatè minimè purgat. Dictio συρμεομως apud Hippocr. mediocrem ſignificat purgatio-
Gal. li de art. ſect. 2. t. 48. in com. nem, inquit Gal. Igitur modetatè purgantia Hipp. non latuerunt, vt aſſerebam.

Cognouit denique Hipp. & leniter purgantia, ſiuè
Hip lib. de loc. in hom. & de intern. affect. lenientia dicta medicamenta; quoniam in lib. de loc. in hom. & de internis affect. ſi verò febre detinente, legitur, non purgentur ægri, neque ſurſum, neque deorſum, dolor autem affuerit per totum corpus, tertia, vel quarta die pharmaco leni, aut potione deorſum
Hip. 5. epid. purgato. In epid. etiam, Huic, inquit idem Hippocr. datum eſt pharmacum deorſum purgans in potu debile, aquoſum, & modicum. Sed quid opus eſt alijs? cum aqua Mercurialis lenitiui medicamenti expurga-
Hip. 7. epid. & 2. de morb. uit Hippocrat. Cydis filium, Andream antè Pleiaden, Ariſtocratem circà ſolſtitium hybernum, Charitem, & plures alios. Ideòque lenitiua, ſiuè leniter, vel blandè purgantia pharmaca nec etiam Hipp. obſcura fuere.

Sed vtrum, & minoratiui pharmaci mentio apud Hipp. eundem reperiatur?

Profectò hoc nomen minoratiuum legiſſe non meminerim in libris Hipp. ſed ijſdem minoratiuis vſum
Hip. 2. aph. 51 fuiſſe, nec etiam contenderem. cum in aph. quod paulatim fit tutum eſt habeatur. Quid equidem eſt aliud in purgationibus paulatim fieri, quam repetitis vicibus, vel minorando euacuare?

Præter eundem Hippocr. minoratiuis interdum procedendum eſſe, dòcuerunt Gal. Auic. Meſue: omnes denique tam Græci, quam Latini, & Arabes Medici.

Et

Et profectò quandocumque purgatio indicetur, maximè laudarem minorantium pharmacorum vſum: quinimò potius quam vniuerſam ſimul matetiam vnica vice expurgare: quod (veluti Celſus optimè etiam docuit (ſi in hydrope ſecanda obſeruatur, quantò magis in purgatione ſeruandum hoc eſt? Quandoquidem medicamento exhibito in manibus fortunæ omnia ſunt, & turpis calamitas eſt, medicamento purgante dato hominem interire. Abſtineant ſe quæſo pragmatici fortiora purgantia ilicò & ſemper propinare; ſed tempore, & occaſione permittentibus, minoratiuis primò vtantur, necnon blandè attrahentibus pharmacis: mox purgantia, fortioraque exerceantur ſi neceſſitas cogat. alioquin agendo errata plurima committentur, atque in febribus de quibus noſtra eſt loquutio, fortiter ex purgantibus, exolutio virium, efferueſcentia humorum, ſitis, inappetentia, ſtomachi ſubuerſiones, & ſimilia alia adorientur. Et quandocumque fortia pharmaca exhibituri ſunt medici, meminerint ſaltem rogo illa propinari, quæ à tota ſubſtantia nature noſtre aduerſantur. *Celſ. l. 2. c. 10.*

Eandem purgationem agentes, obuiam ſe ſe facit altera quæſtio, vtrum prægnantes expurgari valeant? Et nè longius in hac re noſtram protrahamus orationem, ſanciuit id Hipp. in aph. cum vtero gerentes, dixit, purgare ſi turget quadrimeſtres, και ἀχρηέπτὰ μηνῶν (et ad ſeptimum menſem latinè vertit interpres) ſed hæ minus, à iuniore autem fœtu, & ſeniore cauere oportet. *Hip. 4. aph 1.*

In hoc autem aph. altera quæſtio inſurgit, vtrum ſcilicet verba illa ad ſeptimum menſem incluſiuè intelliganrur, an verò excluſiuè?

Profectò, & breuiter quoque hanc partem perſoluentes, ſi ità loquitur Hippocrates, vt verba latina ſonant, ſeptimo menſe purgandum nō incluſiuè, ſed excluſiuè: Idque primùm ex modo loquendi Hippocr. colligitur,

quem

Digitized by Google

quem alibi fœcit. Annus legebatur in lib. de diæta, in quatuor partes diuidendus eſt, hyemem ſcilicet, ver, æſtatem, & autumnum. hyems exoritur à pleiadum occaſu ad æquinoctium vſque veris: Equinoctium porrò veris hic excluſiuè accipitur, cum eiuſdem in principio æquinoctii, non hyems ſit, ſed ver exordia ſumat, vt alibi edocebatur. Igitur, etiam legendo, ad ſeptimum menſem, verba aph. excluſiuè, non incluſiuè intelligenda ſunt.

Hip.3 de diæta.

Sed græca verba an aliter ſonent, atque nunc interpretata ſunt? τὰς κυούσας φαρμακεύειν ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν. Grauidas (ipſe legerem) purgare ſi turget, quadrimeſtres, & donec ſeptem menſium: dictio namque μηνῶν genitivum plurale eſt hic, non autem accuſatiuum, vt legitur; proindè grauidæ donec ſeptem menſium ſunt, purgari valent: & ſic incluſiuè, non autem excluſiuè, ſeptimo menſe purgare oportet pregnantes fœminas, quemadmodum ex ſequentibus verbis eiuſdem aphoriſmi lucidius patet; ſed hæ minus ſubiungit infrà in eodem aphoriſmo Hipp. hæ inquam dictio ad alia non refertur, quam proximiora verba, quæ ſunt ſeptimi menſis. hæ ſcilicet ſeptimi menſis grauidæ mulieres purgandæ minus ſunt, quā quadrimeſtres. fermè minus periculoſum, dicere volebat Hipp. eſt purgare ſeptimo menſe, quam in quarto grauiditatis. quantò igitur à quarto magis recedunt grauidæ vſque ad octauum tutius. quantò verò ab octauo ad quartum accedunt periculoſius.

Ratio autem cur alijs in menſibus purgari non debeant prægnantes mulieres ex Gal. in com. perpulchra affertur. Veluti enim, inquit, pomorum fructus recens nati ſiuè maturi à vento concuſſi facile decidunt à ſuis pedunculis; ità etiam fœtus recentes, vel maturi à pharmaco purgante concuſſi, & ipſi etiam ab

vtero

vtero corruant neceſsè eſt.Grauidę igitur quarto menſe,& etiam per totum ſeptimum,cum Hippocr. purgari poſſunt.

Sed vtrum etiam menſibus antè quartum, & poſt ſeptimum?

Idem Hipp. in epid. vxorem adnotat Antimachi in Laryſſa decumbentem,cui tametſi diebus circiter quinquaginta vtero gerenti, nihilominus catapotium deorſum purgans, atque fortius quam expediebat, exhibitum fuit. Fortius inquam quam conueniebat inquit Hipp. igitur huic prægnanti aliquod etiam conueniebat, & quamquam non adeò fortè, ſaltem minus, vel debiliſſimum, ſiuè blandè purgans. Vndè ſi opus fuerit,etiam vltrà menſes in aph. deſcriptos purgare grauidas nos valebimus. Et ſanè veluti Schenchius, atque per benè etiam,adnotauit, abortum cauſare difficilius eſt quam ſibi putant homines.Retulerunt, inquit idem, nobis quondam medici maximæ veritatis, occaſionem ipſis propoſitam fuiſſe neceſſariam, vt abortum procurarent; atque cum omnia adminiſtraſſent ad hanc rem opportuna, ipſorum tamen intentum non habuere. Vidimus & nos mulierem quandam vtero gerentem, cum praxim exerceremus, cui occaſione, vt medici rebantur, retenti menſtrui, febris non parua exorta erat. ad eaſdem menſtruas purgationes reuocandas exhibita fuere purgantia, ſerapia prouocantia menſes, vena tali ſaphena appellata fuit pariter exoluta: atque tandem pro menſtruis reuocandis vnico verbo fuere gæſta plurima: quibus tamen omnibus non obſtantibus, fœtus nunquam acceſſit, niſi tempore conſueto. Sanè purgantia pharmaca, & ſaltim leuiſſima, propinare in omni menſe grauiditatis lectores ne extimeſcatis: quandoquidem prægnantibus mulieribus adeò quidem vteri clauduntur, vt neque ſpecilli cuſpes

Hip. 5. epid.

Schenc. obſer. med. 150. lib. 4.

ſpes in matricis concauitatem immitti valeat, ſi Galenio credimus. ità quod eiuſdem aperitio, & emiſſio fœtus, antè tempus fieri non valeat, niſi nonnaturaliter. atqui mouere partes contrà naturam aliud requirit quam leue pharmacum. Quinimò audeam quoque dicere, interdum & nono menſe grauiditatis purgare neceſſarium eſſe; atq; præſertim in mulieribus cachomicis, & corpore plenioribus. in quibus meatibus apertis, abſterſiſque, exituro fœtui poſtmodum viæ magis patebunt. Qua eadem ratione Paulus propè partum laudabat ambulationes, nonnulli abſtinentiam alimenti: nimirum vt ex hoc gracileſcant prægnantes, & fœtus maiori comitate, atque fœlicius tandem accedant.

Galen.lib.15. de vſu part.

Paulus lib. 1 cap. 1.

Porrò quæ Hip. in aph. ait qua ratione ſoluuntur ipſe dices?

Illud ipſum ego reſponderem, quod in ſanguinis miſſione cum Celſo affirmabamus: non obſtante, inquam, altero Hipp. aphoriſmo, Mulieri vtero gerenti ſanguine miſſo ex vena abortit; Celſus è contra ait grauidas phlebotomari valere, vſus ipſe docuit, dummodo tamen mulier valens ſit. Sic etiam in caſu noſtro, ſi mulier grauida valens ſit, purgationem recipere etiam atq; etiam poterit: & leuiſſimis præſertim, blandiſque purgantibus medicamentis, hodiè in vſu maximè exiſtentibus.

Hip.5 aph.51

Celſus ſupra cum de chirurgia agere.mus.

Sed dices Hipp. abortum refert effeciſſe famulam cantatricis cuiuſdam ſeptem ſaltibus retrorſum factis. Plin. abortus cauſa, inquit, interdum odor eſt extinctæ lucernæ. Atque nonnulli alij inter cauſas extrinſecas eiuſdem abortus, terremotum dixerunt, fulgurorum aſpectus, tonitrua, timores repentinos, æquitatus, & cœtera huiuſmodi. Ex quibus colligitur facilius eſſe abortum cauſari, quam ſuperius negabatur. atq; purgationes haud etiam agendas in vtero gerentibus.

Hip.li.de nat. pueri, & lib. de carn.

Plin.lib.7.c.7

Vnico

Vnico verbo cunctis ex aduerſo dictis reſpondetur, nequaquam fortioribus, valentibusque de mulieribus eadem valere, ſed in ijs, quæ natura debiliores ſunt, in quibus cauſat quelibet etiam minima nonnunquam abortire facit. nos autem è contra purgantia medicamenta laudabamus in fortibus, de quibus Schenchius *Schenchius.* ibidem, Plures, inquit, vidi mulieres vtero gerentes, quæ vſque ad tempus partus innoxiè diarrheas ſuſtulerunt. Sed quid opus alienis teſtimonijs? ruſticæ mulieres quid non committunt erroris, quamquam vtero gerant? & nihilominus præter abortum, fœliciterq; fœtus in lucem edunt? nimirum valentes ſunt mulieres, in quibus etiam purgatio timendà non eſt.

Prætereà de purgatione in febribus, quæratur etiam, vtrum varia eſſe debeant medicamenta, an ſemper eadem? Vtrum quoque ſimplicia, vel compoſita, & ſimul mixta?

Pro prima quæſtione, nihil, inquit Seneca, æquè ſanitatem impedit, quã remediorum crebra mutatio. *Senec. li. epiſt. 2. ad Lucil.* Atq; Galen. qui explorata contemnens, noua ſemper remedia tentat, flagitioſè facit. *Gal. 7. κατὰ γένη 4.* namque omnia ſecundum rationem facienti, non eſt tranſeundum ad alia, ſuppetente eo, quod à principio probaueris cum, Hippoc. in aph. *Hipp. 2. aph. 53.* Atque Celſus, ſæpè pertinacia iuuantis, inquit, malum corporis iuuit. *Celſ. li. 3. c. 12.* Itaquè ſi fieri poteſt, pharmaca purgantia non ſemper innouanda ſunt.

Pro ſecunda quæſtione autem Plin. cum de laſare, ſic loquebatur, *Pli. li. 22. c. 23* Quas habeat vtilitates admixtum alijs immenſum eſt referre, & nos ſymplicia tractamus: quoniã in his naturam eſſe apparet, in illis coniecturam ſæpè fallacem. nulli ſanè cuſtodita in mixturis concordia naturæ, ac repugnantia. Igitur ex Plinio medicamenta ſymplicia eſſe debent, non verò mixta.

Cuius eiuſdem ſententiæ, Plutarcho referente, fuit *Pluta. 4. deca de ſimpoſ.*

pariter

pariter Eraſiſtratus, inſolentiam, & curioſitatem illorũ redarguens, qui ſimul, & metallica, & herbaria, & ferina, quæque terra gignit, quæq; mare, in vnum commiſcuerunt.

Theod. Priſc. in præf. 1. lib. qui logicus dicitur ad Thimotheum.

Theodorus Priſcianus in hac re ità fatur: Neque enim cum ægrotus quiſpiam afficitur, adhibendus eſt Pontus, aut interioris Arabiæ oſtrea, vel ſtyrax, vel caſtores, vel reliquæ fruges, quas orbis longinquus familiares habet.

Arnald. doct. 2. aph. 26.

Et Arnaldus Villanouanus, qui poteſt mederi ſimplicibus, doloſè, inquit, & fruſtrà quærit compoſita, quoniam quantò plura ſunt in medicina compoſita, tantò componenti minus certus eſt effectus eius.

Hip. lib. de ſalubri diæta, et de vict. rat. in morb. acut. Ariſtot. ſect. 1, probl. 15.

Inſuper mixtionem ciborum, & potuum alibi cum Hippocr. damnabamus; Ergò etiam mixtio pharmacorum mala eſt; tum quià diſſentionem inter ſe faciũt: tum etiam quià cuncta purgantia fortiora venenatam in ſe habent, vel aduerſantem qualitatem naturæ humanæ: Atque venenum ſæpè ſæpius veneno inimicum, & maximè contrarium. Sed à contrarijs non poteſt fieri vna, & eadem operatio. igitur. à pluribus purgantibus inter ſe contrarijs, neque etiam bona euacuatio fieri valuerit.

Gal. 4. meth. 1

Sed dices, ſimplici morbo, ait Gal. ſimplex adhibenda eſt medicina, compoſito verò non ſimplex. Igitur in purgationibus, medicamentorum commixtio fieri, non nunquam, maximè debet.

Quandocumque reſpondetur febrium cauſę non ſimplices, at mixtæ fuerint, profectò ex Hippocr. (cuius ſententia electiuè trahere medicamenta ſuperius referebatur) purgantia pharmaca etiam mixta exhibenda ſunt. & ſi non ſubſtantia diuerſa, ſaltem virtute; eſſe debent

Gal. lib. de ſimpl. med. fac. c. 14. et 15

cum Galen. compoſitiſque facultatibus. Cuiuſmodi, exempli gratia, rhabarbarum, bilem & pituitam purgat.

ſi itaq; aliqua febris ſit, quæ ex bile, & pituita mixtis oriatur, huiuſmodi ſimplex pharmacum, ſatius eſt, inquit Galen. exhibere, quam alia compoſita ſimul medicamenta. Quamquam ex illorum ſententia, qui pharmaca, vt naturæ moleſta, & irritando euacuare affirmauerunt, vel mixta ſint, vel compoſita nihil intereſt.

Et quatenus purgantia dicta pharmaca interdum plura ſimul mixta propinare neceſsè ſit, quò minora ſunt numero, eo melius dicerem; neque eadem commiſcendo finis modi, vel numeri abeſſe debet. mixta mixtis addunt nonnulli, quantòque plura ſimul miſcuerint, eò pariter in arte peritiores ſibi ipſis videntur. Nonnulli alij quicquam effeciſſe non arbitrantur, ſi exhibituri pharmaca, ex tribus orbis partibus conquiſita non habuerint Indiam, Arabiam, Aethiopiam, & extremos illos Garamantes, in ſuis compoſitionibus coniungunt. Sed proh dolor; an quià in pulchris compoſitionibus conſiſtat medicinæ eſſentia, non autem in opportunitate agendi, quemadmodum Hippocr. docuit? ſanè haud pharmacorum ſola compoſitio protrudit affectus, ſed præcipuè eo undem opportuna adminiſtratio, cui magis ſtud re debent medici, quam magnificis compoſitionibus dictis. *Hip lib. de arte, & alibi.*

In iiſdem purgationibus, prætereà, accedit altera dubitatio, Vtrum ab aſſumpto pharmaco ſomnus conueniat, an verò ſecus vigilia?

Et quidem medicamenta purgantia in ventrem ingeſta, communis opinio eſt, à natura actuari: calefiunt, ſcilicet, colliquantur, ad loca apta demandātur, & cœteræ huiuſmodi celebrantur ad purgationem diſpoſitiones. Cum igitur ventriculus eius qui medicamentum deglutiuit, benè ſe habet, calidus eſt, atque vegetus, ab aſſumpto medicamēto nullam habet ſomni neceſſitatem, ego dicerem. Si autem è contrà quiſquis purgandus ſit debili

bili ſit,frigidoque ventriculo, aliquid ſomni capere ab eodem ſomno maximè debet. quandoquidem, vt alibi cum Hippocr.dicebamus, ſanguis in ſomno ad intrà fugit, atque partes internæ calidiores efficiuntur. Vndè cumulato calore ſomni in ventriculo frigido, facilius deindè actuabitur medicamentum purgans, atque alias recipiet à natura neceſſarias diſpoſitiones.

Hipp.6. epid. com.5.t.3.

Hip.4.aph.14

Neque obſtat, quod in aph. dixerit Hipp.cum biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis, ad ſomnum autem, & quietem minus. indicat autem nauigatio corpus motione turbari. Igitur ab aſſumpto quocumque purganti etiam medicamento, non dormiendum dicet aliquis. Reſpondetur enim in hoc aphor. Hippocratem minimè de omni, at particulari quodam pharmaco intellexiſſe: nempè veratro. à particulari autem ad vniuerſale non valet argumentatio. Veratrum inſuper album, atque vt vomitatorium, intelligit ibidem Hippocr. ſiquidem in anteriori aph. Qui non facilè per ſuperiora purgantur ad veratrum, dixerat, admittendi ſunt, pleniori cibo, & quiete, corporibus antè potionem humectatis: quaſi igitur hi duo aphoriſmi, cum duobus ſequentibus, vna, & eadem oratio ſint; ſemper de veratro albo, & vomitum excitante intelligendi ſunt. Vndè ad motionem magis quam ad ſomnũ admittendi, qui veratrum aſſumpſerunt, quoniam vomitibus faciendis, magis etiam confert motus, quam ſomnus.

Aph.13.

Indicat autem nauigatio corpus motione turbari ibidem addebatur ab Hippocr. An igitur turbatione ſolum quam in corpore facit veratrum purget, vomitumque efficiat? Quidquid ſit de hac quæſtione in præſenti, motione corporis vomitum prouocari colligitur etiam ex Ariſt.in probl. quandò vomitus cum tempora immutantur, cur maximè excitari debere quærebat.

Ariſt probl. 4 1 ſect.

Suc-

Succeſſiuè circà eandem purgationem altera quæſtio ſeſe obuiam facit. Quò ſcilicet in tempore medicamentum ſit exhibendum ijs qui purgaturi ſunt? Hippocr. de veratro in particulari, Veratrum inquit hauſtum ſi celerius purgare vis lauare, & comedere. Galen. in comm. hunc locum ad aliam ſententiam Hippocr. reduxit, corpora cum quiſpiam purgare voluerit, oportet prius fluida facere: fluida fiunt corpora per Galen. cum veratro purgandis, cibo, quiete omnique alia re quæ humectet. Quoniam dixerat alibi Hippocr. Qui non facilè per ſuperiora purgantur ad veratrum admittendi ſunt, pleniori alimento, & quiete corporibus antè potionem humectatis.

Hip. 6. epid. com. 5. t. 29.

Hip. 2. aph. 9.

Hip. 4. aph. 13

Porrò quæ loquitur Galen. tametſi vera, optimaque ſint. Vtrum, ad Hippocratis mentem interprætentur? Nam que veratrum hauſtum, inquit Hippoc. ſi celerius purgare vis lauare, & comedere. itaq; de veratro haud aſſumendo, at de aſſumpto eſt hic Hippocrati ſermo. Veratrum hauſtum ergò ſi celerius purgare vis lauare, & comadere.

Sed dices cum Gal. in comm. ſi incœpta iam purgatione, aut paulò poſt inchoatura hominem laueris, profectò motum humorum à purgante medicamento ad interiora tractorum reuelles.

Reſpondetur, motum eandem habere virtutem, quæ de balneo hic aſſeritur: nimirum ab interioribus ad exteriora reuellit. & nihilominus quoniam corpus turbare dicitur, proindè ab aſſumpto veratro celebratus purgationem maximè iuuat. Sic igitur in caſu noſtro, quatenus balnea corpora turbant, ex veratro purgationem maximè etiam iuuant. Balnea autem corporum turbationem efficere, ſententia mea, probatione non indiget, Prætereà extrinſecæ partes quamquam ex balneo aperiantur, intrinſecæ ſecus haud conſtringuntur: cum ca-

lore eiuſdem balnei,tam intrinſecæ,quam etiam extrinſecæ aperiantur. & ſic ab eodem veratri expurgatione non modò impeditur,ſed è contrà celerius fit,dicitur.

Quod ſi quæras inſuper qua ratione ſuper aſſumptũ alimentum veratri purgationem acceleret? Ideò quidẽ percunctanti reſponderem,quoniam venter plenus facilius vomit,quam ieiunus,ſi de albo veratro intelligere hic alicui magis arrideat: ſi autem de nigro;quoniam, dicitur, alimẽtum ſuper aſſumptum veratrũ humectat, aluum fluidam facit,præmit,impellit,& veluti ad exitũ grauitate ſua frequentat. præterea in hoc tempore accepti veratri alimenta, quæ ſuper aſſumuntur calida ſunt;atque calidi ſemper eſt aperire cum Phyloſopho.

Suppoſito autem,vt verũ eſt etiam, quod ſi velimus celerem à veratro purgationem,lauari, vel comedere debeat æger cum Hipp. In quo tamen tempore id fieri debet? An igitur ſtatim ab aſſumpto pharmaco. Vtrum in media purgatione. Vel denique in fine?

Hipp. 2 acut. tex. 12. & 13 Reſpondetur hanc quæſtionem tametſi Hippocr. in præſenti non decreuerit, alio tamen loco declarare non reliquiſſe: ſcilicet in acutis,Pthiſanam,loquebatur, ſtatim inſuper ſorbendam dare oportet poſtquam medicamentum bibit,non memorabili copia pauciorem, quam quanta ſumere conſuetus eſt. nam, & rationi conſentaneum eſt,in media purgatione ſorbendam non dare. quum autem ceſſauerit purgatio, tunc minus ſorbeat de ea quam adſuetus eſt:poſteà verò reducat ſemper ad maiorem copiam,ſi & dolor ſedatus fuerit. Aut igitur ſtatim à veratro aſſumpro comedendum eſt,aut perfecta eiuſdem purgatione: In media vero purgatione minimè,quia actio medicamenti diſſolueretur, inquit alibi Galen. *Gal. lib. quos, & quando purgare oportet.*

Sed de veratro vſque adhuc dicta, Vtrum & de omni pharmaco purgante intelligenda ſint?

Pro-

Profectò cunctis in purgationibus ità medicum ſe gerendum non dubito. ad faciendam videlicet celeriorem purgationem, alimentum aſſumi debere illicò à pharmaci potatione: eodemque modo, & forma, vt ſuperius dicebatur: quandò, & allatæ pariter ibidem rationes, quãquam in ordine ad veratrum, in quacumq; tamen pharmacorum purgatione militent.

Vtrum etiam, tametſi celerem non exoptemus purgationem, ab aſſumpto quolibet medicamento ſemper ſit alimentum illicò exhibendum?

Galen. in lib. quos, & quando purgare oportet ſic loquebatur; vbi purgatio aſſumpta eſt, conducit pthiſanã ſuperſorbere, vt ait Hipp. ipſum etenim purgans medicamentum, vt quod exiguum ſit ad ventriculi fundum peruenit: in tranſitu autem ſtomachus quantum ad ſuperiorem ventriculi partem attinet, non modò qualitatis medicamenti purgantis, ſed etiam ſubſtantiæ inter tranſeundum adhereſcentis, particeps factus, vehementer offenditur. Vtilis eſt igitur cremor pthiſanæ ſi ſuperbibatur, vt qui id quod in tranſitu affixum, applicatumque eſt, abſtergere, & deorſum trahere, qualitatem verò medicamenti particulis inſidentem contemperare, & inalterare poſſit. Huiuſmodi quamquam de hiera enunciarētur à Galeno, nihilominus de quolibet purganti pharmaco, atque præſertim fortiori intelligi poſſunt. Noſtris temporibus medici ab aſſumpto pharmaco exhibent iura. atque eadem ratus de cauſa, qua & pthiſanam Gal. ſuperſorbendã fore docebat. Neq; in omnibus idem vſus ſemper ſeruandus dicerē, ſed in gracilibus magis; in pinguioribus autē, & tēperamēto humidis ęgrotãntibus, non adeò neceſſariũ eſt à purgãti pharmaco ſuperſorbere. Et hęc quo ad purgationem dicta ſufficiant. *Galenus.*

Succedanea purgantium medicamentorum ex Hipp. clyſmata ſunt: quorum formæ quemadmodum & phar- *Hippo 2. de morb. agēs de fiſtula in pulmone.*

macorum plures diuerſæque à medicis componuntur, & ex diuerſitate earundem indicationum, de quibus ſuperius actum fuit. Ideòque ad illa omnia me remittens, in præſenti nihil aliud de clyſmis afferam, quam ad alterandum clyſteres iniici debent pauci; in ordine verò ad euacuationem è contrà magni eſſe debent. & ità etiã ex Hippocr. colligitur in lib. de internis affect. vbi talis legitur clyſter.

Recipe Vini albi heminas duas
Mellis heminam dimidiam
Olei heminam dimidiam
Nitri Aegyptij rubri torrefacti quadrantem, foliorum cucumeris ſylueſtris tuſorum, ac expreſſorum ſucci heminam. Hæc omnia mixta, & in ollam infuſa ferueſacito, & per clyſterem infundito. Quantitas huius Hippocratici clyſteris, ſi ad noſtra nunc vſitata pondera reducamus, duæ libræ ſunt, & octo vnciæ.

CAPVT DVODECIMVM.

De alteratione in ordine ad febres.

QVAMQVAM pharmacia de purgantibus medicamentis propriè intelligatur: nihilominus etiam alia ſub eodem nomine cõpræhenduntur; atque præſertim alterantia, à tota ſubſtantia agentia, & huiuſmodi. Antè quam igitur pharmaciç oratio à nobis perſoluatur, alia duo capita, de alteratione, cum etiam, & de iis, quæ à tota ſubſtantia agunt, conſtruenda ſunt.

Ariſt. 1. de gen. & corru. t. 23 & 24. Et ab alteratione primordia ſumentes, huiuſmodi Ariſtot. mutationem eſſe docuit in ſubiecti paſſionibus, vel ſecundum quarè, eodem ſenſibili ſubiecto omninò remanente.

Duplex

Duplex autem ex eodem Ariſt. alteratio fertur, in qualitatibus videlicet, vel in ſubſtantia: atque hanc vltimam Themiſt. impropriam, illam verò propriam alterationem dicebat. Nos autem in præſenti de alteratione agentes, vtramque mutationem intelligemus. Cum inquam aliqua exoritur in corporibus intemperies, vel craſſities, tenuitas, aut aliquid ſimile, ad alterantia pharmaca percurrendum eſt. cuiuſmodi ſerapia ſunt, ſucci, conſeruæ, liquores, aquæ ſtillatitiæ, & huiuſmodi: quæ febrium cauſis necnon etiam contrarientur. Exempli gratia, ſi calida ſit febris cauſa, exhibentur ſyrupi de nimphea, de ſucco roſarum, Endiuiæ, Cicoriæ, vel ſimilium aliorum. In aduerſum verò frigidis exiſtentibus earundem febrium cauſis, ſyrupi de bettonica dantur, de ſtechade, capill. ven. praſſij, calaminte, & aliorum. Et idem quoque de omnibus alijs intemperiebus affirmandum eſt: pro diuerſitate ſcilicet intemperierum, diuerſa, & varia eſſe debent alterantia pharmaca: Quorum amplius alterantium pharmacorum cum ſylua maxima ſit, in præſenti ad illos me remittam, qui hanc rem ex profeſſo egerunt: & ad illa accedo, quæ magis negocium faciunt.

Ariſt. 5 phyſ. t. 15. & 16. Themiſt. 1. phyſ. t. com. 63

Circà alterationem oritur quæſtio vtrum eadem ipſa ſit cum præparatione, & coctione? Et ſanè quoad Galen. non videntur hæc tria diſparitatem habere; cum ſemiputres humores concoquendi ſunt, inquit, quod verò putridum omninò eſt, euacuare oportet: & alibi ſemiputres humores alterandi, & præparandi etiam.

Gal. 11. meth. c. 9. 13.

Cum Ariſtot. ſuperius alterationem duplici modo aſſerebamus, propriam ſcilicet, & impropriam. propriam alterationem cum præparatione idem, & ſemper eſſe non dicimus: quià præparatio de purgatione ſemper intelligitur, alteratio verò ſecus, etiam non in ordine ad alterationem fit.

Sed

Galen.6.epid. com.5.tex. 6. Theod Priſc. lib.2. ad Thimot.fratrem.

Sed vtrum cum ijſdem duobus,nempè alteratione,& præparatione idem ſit atque concoctio? Huiuſmodi πεπασμός græcè dicitur,& nihil aliud eſt cum Hipp. atq; Gal. quam rei concoquendæ ad temperiei meditationẽ reductio . quoniam verò talis reductio interdum fieri poteſt etiam non in ordine ad præparationem ; Igitur concoctio non ſemper præparatio eſt,quamquam ſemper alteratio ſententia mea .

Hip.2. aph.9.

Corpora cum quiſpiã purgare voluerit oportet prius fluida facere,habemus in aph. Vtrum verò tria dicta ſuperius, nempè alterationem, præparationem , & concoctionem,intellexerit in hoc aph. Hippocr.

Gal.in com et lib. quos , & quando purg. oport.

Gal.præſentem quæſtionem haud contendit, & alterationem,præparationem,& omnimodam coctionem, per fluida facere,intellexiſſe,inquit,Hippocratem.

Hip.7.aph.72

Idem Hippocr.in ijſdem aphor.Corpora,inquit,cum quiſpiam purgare voluerit oportet prius fluida facere, & ſi ſuprà velis fluida facere,ſiſtere aluum,ſi verò infrà humectare.An igitur per fluida facere ſolum id intellexerit ſemper Hipp.non autem abſtergere,humores craſſos incidere,extenuare,&huiuſmodi alia?Idem Gal.cum alijs antiquorum,fluida fiunt corpora , alibi inquit, humectando;& ſi per vomitum, exempli gratia , purgatio aggredienda ſit,pleniori cibo,& quiete antè purgationẽ humectare oportet ,& aluus ſiſtenda eſt ; ſi autem per aluum,cliſmata præmittenda ſunt; quò facilius purganda etiam fluant . Et ſic fluida facere quamquam ſit idẽ cum præparatione ſemper,& interdum etiam alteratione,non tamen concoctio propriè eſt .

Gale. in com. aph. prædicti, & lib.quos,et quando purg.

CA-

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

De medicamentis à proprietate occulta agentibus in ordine ad febres.

ADESSE quædam à tota ſubſtantia,latentique virtute in morbis agentia communis eſt ſenſus:Græci,Latini, Arabes,cuncti denique medici id aſſerunt. Fuit eorundem medicamentorum vſus ſemper apud quaſcumque nationes; floruit tamen magis,magisque,apud barbaros: vel quia ijſdem abundantiores ſint, aut experiundi locus aptior ſit Arabia,quam Græcia,& latium(ſiquidem alexitiria ſola experientia inuenta ſunt) propter loca ſcilicet inſalubria quæ incolunt,aut malam victus rationem, quam ſemper exercuerunt. apud barbaros nimirum diætetica medicina adhuc non peruenit in Hipp.legitur. Vtcumque tamen ſit, quæ de Alexitirijs dictis in ordine ad febres ſcitu digna præſertim mihi eſſe videntur,hæc tria ſunt. Quibus in febribus videlicet exhibenda ſint,quomodò, & quandò. *Hip lib.de veteri medicina.*

Et breuiter,in febribus non vt febres ſunt, ſed quatenus ab aliqua praua cauſa ortum ducunt, & malignæ ſunt,alexitiria exhiberi poſſunt, debenturq. & ità Mercatus inter cœteros neotericè docuit. *Merc.lib.7.de feb.peſt.*

Secundò,propinandi modus eadem pharmaca,inquit Galenus,eſt vt ſi calidum,& humidum ſit venenum febrem efficiens, alexitirium propinandum eſt frigidum, & ſiccum:aut ſaltem cum frigidis, & ſiccis exhibeatur; & ſemper iuxtà illud axioma per ora omnium decantatum,contraria contrarijs offerenda ſunt.Neq. largius & vna ſolum vice idem quoq;dandum eſt pharmacum,ſed paulatim,& ſæpius repetitum,ſubiungit ibid. Galen. *Gal. 5.ſympl. med.facult.c. 18.*

Tertiò

Tertiò quoniam Gal.idem loco dicto, alexitiria mediam naturam habere dixit inter corpora perpetientia, & deleteria ipſa, plurimi medicorum contendunt, non eſſe ſemper exhibenda, at in febre actu praua ſolum, & maligna, purgatoq; prius corpore. Alij verò è contrà non ſolum actu exiſtente ſemper maligna febre, at ſatis ſit, inquiunt, vt malignitas potentia exiſtat proxima, & etiam non purgato corpore. Et hanc vltimam ſententiã præter quam quod plurimi doctorum confirmant, & recenter Mercatus ſupradictus, vſus ipſe oſtendit, experiturque. Et profectò (in hoc præſertim cœlo Romano vbi febres facili de cauſa in malignas commutantur propter humidum diſponentem, tametſi impurgato corpore, quamquam etiam in principio febrium, quandocumque malignitas inſtet, vſum alexitiriorum laudo iterumque laudo. Neq; obſtat Galeni textus in contrarium adductus; quandoquidem de fortibus alexipharmacis intelligebat fortaſsè tunc temporis Galen. cuiuſmodi mitridatum, theriaca, & cœtera huiuſmodi præſertim antiquo tempore erant: non autem de leuibus qualia bezaar lapis, margaritæ, coralli, & plurima alia ſimilia ſunt, quibus hodie abundamus;

Merc. ibid.

Et hic laus, & honor ſit Deo, Virginiq; Matri Mariæ.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX

RERVM, ET VERBORVM,

Quæ in hoc operè continentur.

Prior numerus librum, ſecundus paginam demonſtrat.

ABſceſſus. 1.44
Abſceſſus varii. 1.124
Abortus. 2.307
Abortus cauſæ. 2.308
Abortum difficile eſt procurare. 2.307
Acceſſio. 1.62
Acceſſio quid. 2.182
Acceſſio euacuatio quædam. 1.33
Acceſſio febris à quo fiat. ibid.
Acceſſionum cauſæ. 1.34
Acceſſiones febrium cur ordinatæ. 1.33
Acceſſiones cur inordinatæ. ibid.
Acceſſiones febrium, cur variæ. ibid.
Actio naturalis, vitalis, animalis, & rationalis. 2.222
Acuti morbi. 1.46
Aeger. 1.62
Aer. 1.151
Aer vitæ author cunctis eſt. 1.152
Aer bonus qui. ibid.
de Aere. ibid. vſq. ad 159
Aer indicat miſſionem ſanguinis. 1.256
Aequinoctium. 2.288

Aequinoctia cur obſeruanda. 2.296.297
Aeſtate purgantibus non vtendum. 2.295
Aetas. 1.68.2.182
Affectiones febribus ſuperuenientes. 1.96
Affectus præcordiorum. 1.112
Affectus cutis. 1.118
Affectus linguæ. 1.120
Affectus oculorum varii. 1.123.124
Affectus animi qui in febribus conueniant. 2.240.241
Africus ventus. 2.288
Alexiteria. 2.319
Alexiteria quibus in febribus, quomodo, & quando. 2.319
Alimentum vnde dicatur. 2.159.160
Alimentum quotuplex. 2.160
Alimentorum qualitas, quæ eſſe debeat. 2.161
Alimentum non omnibus vnum. 2.161
Alimenta omnibus morbis particularia. 2.161. 162. & 163.
de Alimento plura. 2.159
Alimentorum adminiſtrandi regula, vnde ſumpta ſit. 2.169
Alimentorum adminiſtrandi regulas, experientia docuit. ibidem.
Alimentum non modo ſuaue, ſed bonum eſſe debet. 2.165
Alimenta nutritio ſimilia eße debent. 2.171
Alimentum an eodem modo quantum omnibus febribus conueniat. 2.171
Alimenta in quo tempore acceſſionis magis conueniant. 2.183
Alimenta ab innato calore coquuntur. 2.267
Alteratio quid. 2.316
Alteratio duplex. ibid.
Alteratio vtrum idem ſit atque concoctio, & præparatio. 2. 317.

Alui

INDEX.

Alui fluor. 2.251
Alui fluor prohibet alias euacuationes. 2.251
Amor. 2.239
Animalia intra venas, cor, pericardium, & alias corporis partes. 1.24
Anima. 1.27.28.29
Animi defectus. 1.106
Animæ operationes cum homo dormit. 2.221
Anima hominis in ſomno agit multa. 2.224
Animæ operationes quæ. 2.222
Animæ affectus in ordine ad febres. 2.238
Animi affectu mortui. 2.239
Animi affectus plures. ibid.
Animi affectus in corde, & ſanguine ſubiectantur. ibid.
Angina. 1.65
Anni diuiſio ex Hipp. 2.287.288
Anſietas in febribus. 1.114
Aqua. 2.185.206
Aquarum genera. 2.206
Aquæ bona. ibid.
Aquæ vitioſæ remedium. 2.207.208
Aqua cocta, an cruda in febribus exhibenda. ibid.
Aquilo. 2.287
Arcturus. 2.288
Arcturus cur obſeruandus. 2.297
Arcturus quando oritur. ibid.
Arteriæ olim ſecabantur. 2.243
Arteriotbomia familiaris Aegyptiis. 2.243
Aſclepiades abſtulit vomitiones frequentes, & potus purgantes. 2.288
Auſtri venti. ibid.

a 2 *Balnea*

B

Balnea. 2.212
Bilis,& bilioſa excrementa vtrũ in omni febre. 1.22
Bruma. 2.287.289
Bruta vtrum diætam ſeruent. 2.165

C

Calor,& ſpiritus Zenoni idem. 1.39
Calida vt calida indicant phlebotomiam. 2.255
Calamitas turpis,medicamento exhibito,hominem interire. 2.290
Canis exortus probibet ſanguinis miſſionem. 2.261
Canis. 2.287.295
Canis exortus,cur obſeruandus. 2.297
Cantus in febribus. 1.69
Cauſarum differentiæ. 1.27
Cauſa procatbartica ibid.
Cauſa febrium. 1.35
Cauſa morbi indicat. 2.250.284
Cauterium. 2.274
Cauterium quid ſit. ibid.
Cauterium vtrum in febribus conueniat. ibid.
Cauterium,ſynapiſmus, & veſſicatorium differunt ſecundum magis & minus. ibid.
Ceruiſia. 2.185.208
Ceruiſia nomina. ibid.
Ceruiſia ex quibus fiat. ibid.
Ceruiſia calida,& frigida. 2.209
Chirurgia. 2.241
Chirurgiæ inſtrumenta. ibid.242
Chelidonia. 2.287

Cibus

Cibus quid. 2.160
Cibi faſtidium. 1.63
Cibus ſuauior meliori præferendus. 2.164
Cibus fortiori ſubſtantia conſtat quam ſorbitio, & potio. 2.167
Clamores in febribus. 1.69
Cliſter. 1.25.315
Cliſmata purgantium ſuccedanea. ibid.
Cliſteres ad purgandum magni eſſe debent, ad alterandum vero parui. 2.316
Cogitatio. 1.70
Colores varii. 1.118.119
Colorum mutationes vnde. 1.36
Conroctum. 2.317
Concubitus vtrum in febribus conueniat. 2.235
Concubitus impedit phlebotomiam. 2.252
Concubitus naturalis, & neceſſaria euacuatio. ibid.
Concubitus vtilis, & inutilis. ibid.
Concubitus vtilis non impedit phlebotomiam, ſed inutilis. ibid.
Concubitus vtilis, & inutilis quis. ibid.
Concubitus rarus excitat corpus. ibid.
Conſtitutio temporis. 1.49.50
Conſtitutio cæleſtis. 1.64
Conſtitutio, in qua mulieres magis afficiebantur, quam viri. 1.65
Conſuetudo. 1.67.2.184
Conſuetudo indicat purgationem. 2.290
Conſuetudo indicat phlebotomiam. 2.257
Conturbatio in febribus. 1.115
Conuulſio. 1.108.109
Cordis ventriculi quot. 1.29
Criſis cur in paroxiſmis. 1.33
Cucurbitula gerunt vicem phlebotomiæ. 2.270

Cucurbitulæ vtrum in febribus conueniant. 2.170
Cucurbitulæ ſcarificatæ vtrum in impetu febris. ibid.
Cucurbitulæ ſcarificatæ, vtrum cruditatibus exiſtentibus. ibid.
Cucurbitulæ tutiores inciſione venarum per ſcalpellum facta. ibid.
Cucurbitulæ vtrum applicandæ ſint ventre pleno. ibid.
Cutis affectus. ibid.

D

Debilitas cur in febribus. 1.40.41
Decoloratio febricitantium. 1.36
Decubitus. 1.67
Deglutitio. 1.63
Delirium. 1.98 *vſque ad* 104
Deſperatio in febribus. 1.115
Diaſtoles. 1.37.39.40
Dierum numeratio varia. 1.143.144
Dierum numeratio in febribus a quo die inchoanda eſt. 1.145
Dies tertius decretorius. 1.34
Diæta quid. 2.151
Diæta non ægrorum ſolummodo ſed ſanorum eſt etiam. ibid.
Diæta non ſignificat alimentorum diminutionem, ſed exhibendi modum. ibid.
Diætæ nomine comprehenduntur res omnes non naturales. 2.152
Diæta vtrum ſeruanda ſit in febribus diſputatur. 2.164 165
Diætam non neceſſariam ad curationem morborum contendebant Aeſculapii filii. ibid.
Diætam negligebant antiquiores. ibid.

Diæta in febribus neceſſaria. ibid.
Diæta eadem non ſemper bruta vtuntur. 2.166
Diæta exquiſita quæ. 2.177
Diæta tenuis, & exquiſita non ſunt idem. 2.178
Diæta ſecundum tempora. 2.183
Diæta ſecundum naturas ægrorum. ibid.
Diæta ſecundum ætates. 2.184
Diæta ſecundum conſuetudinem. ibid.
Dolor. 1.71
Dolores in paroxiſmis. 1.43
Dolores varii. 1.110.vſq; ad 112
Dolores quando, & quam indicent purgationem. 2.86.88
Dormiens 47.annis. 2.220
Dormiendo plura agentes recenſentur. 2.221
Dormiendo cur agant homines. 2.222
Duratio morbi indicat phlebotomiam. 2.258

E

ECtaſia. 2.288
Emotio mentis. 1.98
Encorema. 1.19
Epidemia vnde dicitur. 1.66
Eradicatiuum medicamentum. 2.302
Error in ſanguinis miſſione. 2.254
Exacerbatio. 1.74.vſq; ad 77
Excrementa res ſunt non naturales. 2.234
Exercitatio. 1.71.209
Exercitatio dicitur etiam vſus, & labor. 2.210
Exercitatio, vel naturalis, vel violenta. ibid.
Exercitatio vtrum in febribus conueniat. 2.211
Exercitatio exiccat. ibid.
vſque ad 212.
Exercitia naturalia, vel violenta quæ. 2.210

Exercitia indicant phlebotomiam, & purgationem. 2. 258. 292

F

Facultates corporis, quæ, & vbi adſint. 1.60.61
Fames canina. 2.260
Fauonius. 2.288
Febris templa tria erant Romæ. 1.1
Febris affectus magnus. 1.1
Febris affectus communis. 1.1
Febris affectus nequiſſimus. 1.1
Febris nomen Græcum, & Latinum. 1.2
Febris à feruendo dicitur. 1.2
Febris quid. 1.3.4
Febris an morbus, vel ſymptoma. 1.4
Febris an calida ſolum, vel ſicca ſimul. 1.4.5
Febris hetica ſinè ſiccitate, quomodo intelligatur apud Galen. 1.5
Febris quotuplex ſit. 1.6
Febris humoralis quadruplex, biliosa, pituitoſa, melancolica, ſanguinea. 1.7
Febris in humoribus vtrum vna die ſolum terminari valeat. 1.8
Febris ephemera vtrum in humoribus accendatur. 1.9
Febres, quæ dicuntur putridæ, an ſinè putredine accendantur. ibid.
Febres quartana continua, tertiana continua, quotidiana continua apud Hippocratem non leguntur. ibid.
Febres putridæ ſecundum Gal. quomodo fiant. ibid.
Febres humorales apud Gal. quomodò appellentur. 1.10
Febres erroneæ ad quod genus febrium referantur ſecundum eundem Gal. ibid.
Febris Antipatri Poetæ Sidonii. 1.11

Fe-

Febris annuana. 1.11
Febris nonana. *ibid.*
Febris octona. *ibid.*
Febris hectica vndè dicta. 1.12
Febris hectica quomodo fiat. 1.12
Febris hectica quotuplex. 1.12
Febris hectica non recordatur ab Hipp. *ibid.*
Febrium differentiæ ſecundum Hipp. 1.12.13
Febris quotuplex ſit. 1.13
Febris differentia à forma. 1.13
Febris differentia ab accidentibus. 1.13
Febris differentia à ſubiecto. 1.13
Febris differentia à cauſis. 1.14
Febris cauſa ſecundum Hipp. 1.14.15
Febris cauſa ſecundum Dioclem. *ibid.*
Febris cauſa ſecundum Eraſiſtrat. *ibid.*
Febris cauſa ſecundum Aſclepiadem. 1.16
Febris cauſa ſecundum Athenæum. 1.16
Febris cauſam concluſioni viarum quidam aſcribi pronunciarunt. 1.17
Febris cauſa ex ſententia Apollophanis. *ibid.*
Febris cauſa ex ſententia Cælii Aureliani. *ibid.*
Febris cauſa ex ſententia Galeni, & contra eundem Gal. 1.17. *vſque ad* 24
Febris quotidiana natura longa. 1.19
Febris quartana longiſſima. 1.19
Febris Mæcenatis. *ibid.*
Febrium longarum exempla. *ibid.*
Febres quæ dicuntur humorales an ſemper ab humoribus. 1.20
Febrium periodi. 1.20.21
Febris ab inguinum tumoribus. 1.23
Febris ſynochus. 1.23.24
Febris hectica. 1.24

Febrium variæ liberationes. 1.25
Febrium varietas. 1.26
Febris peſtilens. *ibid.*
Febris cauſa ex ſententia Auctoris. 1.27.*uſq; ad* 29
Febris acceſſio à quo. 1.33
Febris cauſa immediata. 1.35
Febris cauſæ mediata. *ibid.*
Febris cauſa materialis. *ibid.*
Febris cauſæ formalis, & finalis. *ibid.*
Febrientes cur imbecilles. 1.40
Febris quando oriatur. 1.41
Febris cur non oriatur. *ibid.*
Febris non ſemper indicat periculum. *ibid.*
Febris cauſa ex Hipp. 1.42
Febris cauſa. 1.43
Febres ab anima quomodo iuxtà Platonem. 1.45
Febris dolori ſuccedens. 1.45
Febris in ſpaſmo. *ibid.*
Febris ſanat priuationem vocis. 1.46
Febris curatio lippitudinis. *ibid.*
Febris curat ebrietatem. *ibid.*
Febris quartana ſanat conuulſionem. *ibid.*
Febris ſanat capitis dolores. *ibid.*
Febris ſanat dolorem hepatis. *ibid.*
Febris facit pus. *ibid.*
Febres magnæ in morbillis, & variolis cur. 1.47
Febris cauſat bona multa. 1.46.*uſq; ad* 48
Febres omnes ab vna cauſa. 1.49
Febres longæ quando. 1.51
Febris ardens. 1.53
Febris acuta. *ibid.*
Febres acutæ cur in ſiccitatibus. 1.54
Febris tertiana curata mutatione horarum. 1.55
Febris curatur vini potione, & bolo theriacali, cur. *ibid.*

Febris cur timore ſanetur. 1.55
Febris Antipatro annuana curè 1.56
Febris vulgaris morbus. 2.147
Febris difficilè curatur. ibid.
Febrium curationes variæ antiquorum. 2.147.148
Febris curatio recentiorum medicorum. ibid.
Febris acuta quæ. 2.173
quæ peracuta. ibid.
Febris longa quæ. 2.173.174
Febres perperacutæ an dentur. 2.173
Febris fortis quæ. 2.279
Febris intermittens vtrum fortis etiam eſſe poſſit. ibid.
Febris tertiana exquiſita grauior ardente ex Hipp. recenſetur. ibid.
Febris fortis vtrum idem cum acuta. ibid.
Febris maligna. 2.280
Febris fortis non ſemper acuta. ibid.
Febris maligna quomodo fortis dici poſſit. 2.283
Fluxus alui. 2.251
Fœtor. 1.25
Fractio in febribus. 1.115
Frictio. 2.212
Frigiditas in febribus. 1.135.136
Frigus in febribus. 1.36.37
Functiones naturales. 2.260

G

Gaudium. 2.239
Genitura robuſtum quid eſt. 2.252
Gymnaſtica. 2.210
Grauida mulier vtrum phlebotomanda. 2.256
Grauidis purgatio quando, & vtrum ſeptimo menſe incluſiuè. 2.306

Granida cur non purganda. 2.306
Grauidæ vtrum etiam antè quartum purgari valeant. 2.307
Grauidæ purgandæ ſemper ſunt ſi adſit neceſſitas. ibid.
Grauidis vterus clauditur. ibid.
Grauidæ etiam nono menſe interdum purgari valent. 2.308
Grauidæ phlebotomari poſſunt. ibid.

H

Habitus ægri reſpiciendus. 2.298
Halcyonum mare. 2.288
Helleborum. 2.312
Helleborum vtrum ſola turbatione, quam in corpore facit purget. ibid.
Hellebori purgationem cur alimentum ſuperaſſumptum acceleret. 2.314
Hemorrhois. 2.260
Herodicus. 2.213
Hydrops confeſtim illapſa. 1.9
Hydrops an ſinè febre. 1.41
Hydropicis febres cur paruæ. 1.42
Hyems quot menſibus conſtet, & quot æſtas. 2.28.87
Hyrudines antiquo tempore non erant in vſu. 2.272
Hyrudinum meminit Gal. ibid.
Hyrudines in febribus maximum habent vſum. ibid.
Horror in febribus. 1.134
Humiditates. 1.15.54
Humores quatuor ſunt. 1.7.10
Humores ſpecie diſtinguuntur. 2.244
Humores cauſa febrium. 1.49

I N D E X.

I

INcontinentia in febribus. 1.69
Indicatio phlebotomiæ à ſympthomatibus. 2.251
Indicantia miſsionem ſanguinis. 2.247
Inflammatio vteri. 2.260
Ira quid, cur non faciat febres. 1.142
Ira. 2.231
Ira in febribus. 1.116
Inſania. 1.98
Inſomnia. 1.73
Intellectus operationes. 1.100

L

LAbor. 1.71
Laboris nomine, quid intelligatur. 2.176
Labor, & exercitatio idem. 2.210
Labores extremi qui. 2.176
Lac. 234
Lac bibere pueris, vtrum conueniat febrientibus mulieribus. 2.235
Lac ex ſanguine fit materialiter. 2.237
Lac quomodò moueat. 2.300
Lacryma. 1.74
Laſsitudo in febribus. 1.115
Lenitiuum. 2.302
Liberationes morborum quando. 1.34
Lingua affectus. 1.120. *vſq. ad* 122
Lipothimia. 1.108
Loca apta ſanguinis miſsioni. 2.256.354
Luctus Eracliti. 1.21
Lumbrici. 1.25

Luna

Digitized by Google

Luna vtrum obſeruanda in purgationibus. 2.297
Luna influit in cancros,arbores,herbas,& alia. 2.298

M

MAgnes. 2.257
Medicina quid. 1.49
Medicamentum exhibitio. 1.63.64
Medicina diuiditur in tres partes. 2.151
Medicina non peruenerat ad Barbaros tempore Hippocr. 2.167
Medicina nuſquam quid non eſt. 2.167
Medicina quotuplex. 2.241
Medicamenta quomodò purgent. 2.299.300
Medicamento exhibito, omnia ſunt in manu fortuna. 2.305
Medicamenta à proprietate occulta. 2.319
Melancolia in febribus. 1.116
Mentis defectus. 1.63
Mentis turbatio. 1.98
Menſtrua. 2.234.260
Minoratiuum. 2.302
Minoratiuum vtrum gerere poſſit vicem lenitiui, & eradicatiui medicamenti,& è contra. 2.303
Minoratiui vtrum meminerit Hipp. 2.304
Morbus quid. 1.4
Morbi cum febre magis periculoſi, quam ſine febre. 1.41
Morbi autumnales. 1.50.51
Morbi æſtiui. ibid.
Morbi veris. 1.52
Morbi hyemis. ibid.
Morbi ætatum. 1.53
Morbus acutus quis. 2.280

Mor-

Digitized by Google

Morborum acutorum principia breuia ſunt, & ſine tempore, ſtatimq. habent extremos labores. 2.281
Morbus regius. 1.97
Mores. 1.69
Motus quid. 2.209

N

Natura hominum. 1.60
Natura communis, & propria. 1.60.61
Natura ægri. 2.183
Natura cuiuſque peculiaris indicat purgationem. 2.292
Nephelin. 1.19

O

Oblata. 1.63
Oculorum affectus varii in febribus. 1.125.126
Offerens. 1.64
Operatio intellectus. 1.100
Operatio animalis, vel intrinſeca, vel extrinſeca. 2.223
Opportunitas. 2.162
Orinthia. 2.287
Otium. 2.213

P

Palpitatio in febribus. 1.116
Papulæ in febribus. 1.117
Paracenteſis. 2.296
Paroxiſmus quid. 1.33
Paroxiſmus febris eſt euacuatio quædam. ibid.
Paroxiſmi indicant phlebotomiam. 2.259

Paro.

Digitized by Google

INDEX.

Paroxiſmi indicant purgationem. 2.294
Paroxiſmo exiſtente, nihil mouendum. 2.295
Partus. 2.308
Partes corporis quæ. 1.60
Pars affecta indicat miſſionem ſanguinis. 2.253.255
Periodi febrium. 1.26
Periordi omnes ab omni cauſa. 1.42
Pharmaca unde dicantur. 2.275
Pharmaca adminiſtrare docuit tertius Aeſculapius Arſippi, & Arſinoæ frater. ibid.
Pharmaca pueris, & decrepitis utrum conueniant. 2.289
Pharmaco à quocunque utrum ſuperſorbendum, & à quo. 2.315
Phlebotomia per ſe tollit quantitatem humoris, purgatio vero qualitatem. 2.276
Phlebotomia. 2.242.251
Phlebotomia utrum poſt venerem conueniat. 2.252
Phlebotomia die ſexta à concubitu celebrari poteſt. ibid.
Phlebotomiæ loca apta. 2.254.256
Phlebotomia proſternit vires. 2.255
Phlebotomiam indicat ætas. ibid.
Phlebotomiam indicat conſuetudo. 2.257
Phlebotomiam indicat natura cuiuſque. ibid.
Phlebotomiam indicant ſexus, exercitia, morbi duratio, tẽpora morborum, ordinatæ naturæ functiones, remedium, ſydera, & ſimilia. 2.257. uſq. ad 261
Phlebotomia an ſemper, & omni die exerceri poſſit. 2.262
Phlebotomandi menſura. 2.263
Phlebotomia ad animi deliquium. 2.264
Phlebotomiam an indicet quæcunque cauſa, an frigida, vel calida ſolum. 2.251
Phlebotomia demonſtratur à cauſa multa, & calida ſolum. ibidem.
Phlebotomia per accidens indicatur à cauſa quacunq. ibid.

Phle-

Phlebotomata mulier ab Hipp. ibid.
Phlebotomia indicatur à ſympthomatibus. ibid.
Phlebotomia non eſt facienda exiſtente ſuccorum crudorum copia. ibid.
Phlebotomiam in biduum diuidere cum Celſo melius eſt. 2.264.265
Phlebotomia vtrum poſt quartum. 2.262
Phlebotomia reſpectu menſtrui. 2.260
Phlebotomia vtrum in pueris. 2.256
in Phlebotomia commenſurandæ ſunt vires, & ſemper ſupra morbum eaſdem relinquere oportet. 2.265
Phlebotomia an ſemper purgatio præmittenda. 2.265 vſq; ad 267
Phlebotomiæ cliſmata, & purgantia Hippocr. poſtponebat. 2.266
Phlebotomia, & purgationis quandocunq; pares adſint indicationes, quid agendum docetur. ibid.
Phlebotomia refrigerat. 2.267
Phlebotomia an ſemper præmittendi ſint cliſteres. ibid.
in Phlebotomia an ſemper mutatio ſanguinis expectanda ſit. 2.268. vſq ad 269
Phlebotomati vtrum dormire debeant. 2.269. vſq; ad 270
Pituita hieme magis abundat quam alii humores. 2.289
Pleiadum occaſus, & exortus obſeruandi, & cur. 2.296 297
Ponos gracè quid. 1.71
Potus quid. 2.160.185
Potionum genera. ibid.
Præcordia. 1.112. vſq; ad 114
Præparatio. 2.314
Prodicus. 2.213
Prodomus ven.us. 2.287
Profluuium ventris. 2.285
Pruritus. 1.74

Digitized by Google

Ptiſana. 2.314
Pueri vtrum phlebotomandi. 2.256
Pulſus arteriarum cur inordinati. 1.33
Pulſus inæqualitas ſignum peſſimum. ibid.
Pulſus fallax ex Celſo. 1.58
Pulſus in exercitio frequentiores, & maiores. 1.37
Pulſus accidentalis ſecundum Ariſtotelem. 1.37-38
Pulſus caret fine per Ariſt. 1.38
Pulſus quid ex Ruffo Epheſio. ibid.
Pulſus non ſeruat tenorem. ibid.
Pulſatio frequens à quo. 1.39
vis Pulſandi *à quo.* ibid.
Pulſus finis. ibid.
Pulſus maximi in febribus acutis. ibid.
Pulſus frequentior in timore cur. ibid.
Pulſus à quo. 1.39
Purgatio quid. 1.275
Purgantia medicamenta tollunt qualitatem humorum per ſe, per accidens, vero etiam quantitatem. 2.276
Purgatio in febribus vtrum exercenda. 2.276. *vſque ad* 278
Purgantia in febribus non conueniunt. 2.277
Purgatio à quibus indicetur. 2.278
Purgandi indicationes à pluribus. 2.279
Purgandi indicatio à morbo. ibid.
Purgantia medicamenta raro in principiis morborum exhibenda, & ſuper hoc aphoriſm. Hippocr. *interpratatur.* 2.281
Purgandum nec nè in febribus fortibus. 2.282
Purgatio vtrum ſemper indicetur à magnitudine morbi. ibid.
Purgatio in quibus febribus conueniat. 2.283
Purgatio vtrum in febre maligna. ibid.
Purgatio in febribus indicatur etiã à ſymptbomatibus, & quo-

quomodo, vide. 2.284
Purgationem indicat etiam temperamentum. 2.285
Purgationem non ſubſtinent calidi & ſicci ſecundum Galenum. ibid.
Purgantia humidis temperamento ſicciora conueniunt, ſiccis è contra. ibid.
Purgantia indicant etiam partes affectæ; & quomodo. ibid.
Purgatio per aluum. 2.286
Purgationem indicant quoque vires. ibid.
Purgantia eſſe debent proportionata viribus. ibid.
Purgationem indicat quoque ambiens. ibid.
Purgantia ſub cane vtrum. ibid.
Purgantia, quando frigida, & quando calida eſſe debeant. ibid.
Purgandum hieme infrà, ſupra æſtate. 2.288
Purgationem indicat quoque ætas. 2.289
Purgationem indicat conſuetudo. 2.290
Purgationi faciendæ conditiones. ibid.
Purgatio indicatur à ſexu. 2.291
Purgationem indicant exercitia. 2.292
Purgationem indicant longitudo, & breuitas morbi. ibid.
Purgationem indicant morborum tempora. 2.293
Purgatio in exacerbationibus. 2.294
Purgatio in principiis morborum. ibid.
Purgatio quartanariis in paroxiſmis. ibid.
Purgationem indicant naturæ functiones. 2.295
Purgationem indicant vires. ibid.
Purgationem indicant ſydera. ibid.
Purgationes in ſolſtitijs, & æquinoctijs. 2.296
Purgandum non eſt ab æquinoctio per dies decem. 2.297
Purgando reſpiciendum eſt habitui ægrotantis. 2.298
Purgantia qua vi purgent. 2.299

Purgans infernè quo modò per vomitum euadat purgatiuum,& è contra. ibid.
Purgans quotuplex. 2.302
Purgans minoratiuum,lenitiuum,& eradicatiuum. ibid.
Purgantia dicta vtrum cognouerit Hippocr. ibid.
Purgantia vtrum prægnantibus adminiſtranda. 2.305
Purgans vtrum exhibendum ſimplex ſit,vel mixtum, & quid melius ſit facere. 2.309
Purgans an variari debeat,an ſemper idem exhibendum. ibid.
Purgans medicamentum in quo tempore morbi exhibendum. 2.313
Pus album laue,& æquale eſſe debet. 1.18
Puſtula in febribus. 1.117
Putredo. 1.19.24.25

Q

Quartana laudatur à Phauorino. 1.45
Quartanariis quando purgatio conueniat. 2.294
Quies. 2.213
Quies putrefacit. ibid.

R

Remedium indicat phlebotomiam. 2.260
Reſpiratio cur inordinata. 1.33
Repentinum quid ſit. 1.177
Reſolutio. 1.108
Retractio ſanguinis in febre à quo, & quomodo. 1.44
Rigor. 1.25
Rigores in febribus. 1.133
Riſus in febribus. 1.69
Riſus Craſſi. 1.21

Sal-

S

SAluatella. 2.259
Sanitas poſt febrem. 1.45
Sanguis vtrum cauſa febris. 1.27
Sanguis. *ibidem.*28
Sanguis natura non eſt calidus. 1.36
Sanguis bile calidior. *ibid.*
Sanguis arterialis. *ibid.*
Sanguis arterialis, vel eius pars ſubtilior cauſa febris. 1.37
Sanguis à corde, quomodo calefiat. *ibid.*
Sanguinis eruptio varia in febribus. 1.137. 138
Sanguis in ſomno intrò fugit. 2.220
Sanguis ſimplex an detur. 2.244
Sanguis in phlebotomia vndè venit. 2.245
Sanguinis miſsio quæcunque, an omnibus æquè proſit affe-ctibus. 2.245.246
Sanguinis miſſionis vtilitas. *ibid.*
Sanguinis miſſio, à quibus indicetur. 2.248.251
Sanguinis miſsio indicatur à temperamento. 2.253.255
Sanguinis miſsionem, indicat pars affecta. *ibid.*
Sanguinis miſsionem demonſtrant vires. 2.254. *vſque ad* 256.
Sanguinis miſsionem indicat aer. *ibid.*
Scopi mittendi ſanguinis. 2.256
Seceſſus. 1.78
Sedimentum in vrinis, reſpondet puri. 1.18.& 19
Sedimentum idem cùm nubecula. 1.19
Sedimentum robuſtum quid eſt. 2.235
Semen quid. 2.236
Semen emiſſum debilitat ſi non turgente homine mittatur. 2.253.
Semen emiſſum immodicè debilitat. *ibid.*

Senes vtrum phlebotomandi. 2.256
Sermones in febribus. 1.69
Sexus indicat phlebotomiam. 2.257
Siccitates. 1.54
Sydera indicant purgationem. 2. 295. & *phlebotomiam.* 261
Signa febris dignoſtica, vel prognoſtica. 1.57
Signa febris dignoſtica. ibid.
Signa febrium à quibus ſumantur. 1. 59
Simpathia. 2.257
Sympthomata indicant phlebotomiam. 2.251
Sincopes. 1.107
Singultus. 1. 96
Singultus in febribus. 1. 140
Sinapiſmi compoſitio. 2.272
Sinapiſmi vtrum in febribus conueniant. ibid.
Sinapiſmi vtrum idem atque veſſicantia noſtra eſſent antiquis. 2.292
Sinapiſmus antiquum eſt medicamentum. 2.272
Syſtoles. 1.37.39.40
Solſtitia. 2.295
Solſtitia non ſunt magna mutationes. 2.297
Solſtitia cur periculoſa ſint. ibid.
Somnus cur calefaciat. 1.30.71.214
Somnus in febribus vtrum conueniat. 2.214
Somnus quid. ibid. 215
Somnus quotuplex. 2.215
Somnifera. 2.216
Somni ſedes. 2.217
Somni cauſa efficiens. 2.218
Somni cauſa materialis. ibid.
Somni cauſa formalis. ibid.
Somni cauſa finalis. ibid.
Somnus in defatigatis, quomodò fiat. 2.219

Somnus

Somnus quid cum Plinio. 2.220
Somni cauſa ad mentem authoris. ibid.
Somni cauſæ materialis, efficiens, formalis, & finalis. ibid.
Somnus paſsio animalis. 2.223
Somno diſcuſſo deprehenduntur ſpectra. 2.224
Somnus retractio animi in ſe ſe medium. 2.225
Somnus refrigerat caput. ibid.
Somnus à cibo, & laſſitudine cur. 2.226
Somnus noctu potius, quam in die, cur. ibid.
Somnus an vigilia in febribus magis conueniant. 2.227
Somnus in febre ab intrinſeca cauſa proueniente minus conuenit, quam in febre à cauſa aliqua extrinſeca. 2.230.
Somnus nocet in principio febris. ibid.
Somnus iuuat in declinatione. ibid.
Somni tempus. 2.231
Somni quantitas. ibid.
Somnus à cibo bonus. ibid.
Somnus in ordine ad ætates. 2.232
Somni figuræ. ibid.
Somni in ordine ad varia loca. 2.233
Somni in quibus temperamentis. ibid.
Somni conſuetudo conſideratur. 2.234
Sonitus aurium. 1.106
Sopor. 1.104
Sorbitio quid. 2.260
Sorbitio humidiori ſubſtantia conſtat, pauca ſubſtantia admixta fortiori. 2.167
Sorbitionis loco vtrum cibo vti poſſit in febribus. 2.167. *vſque ad* 169.
Spiritus in febribus. 1.140
Sputa. 1.93
Studia vitæ. 1.68
Sternutatio in febribus. 1.140

Suaue facilius concoquitur. 2.164
Sudores varii. 1.127.*vſq.ad* 132
Suffocatio. 1.106.& 107
Surditas. 1.105
Subſolanus ventus. 2.279.287

T

TAciturnitas. 1.79
Temperamentum indicat ſanguinis miſſionem. 2.223.255
Tempora febrium. 2.183
Tempora anni calida prohibent miſſionem ſanguinis. 2.255
Tempora morborum indicant phlebotomiam. 2.259
Temporum mutationes obſeruandæ. ibid.
Temporum mutationes quæ ſint. 2.296
Timor cauſa febris. 1.42
Timor in febribus. 1.116
Timor. 2.239
Tinnitus aurium. 1.106
Tremor in febribus. 1.116
Triſtitia in febribus. ibid.
Turgentia frequentior in principiis morborum acutorum, non ſemper adeſt. 2.281
Turgere quid. ibid.
Turgentia quotuplex. 2.282
Turgentia quæ bona, & quam ſequi debeat Medicus. ibid.
Tuſſis in febribus. 1.139

V

VEllicatio. 1.74
Vena quæ in homine ſecanda. 2.243

Venena

Venena quo modo faciant febres. 1.43.44
Venena propriè dicta. 1.44
Venti. 2.288.152.*vſq;ad* 159
Ventres. 1.25
Ventres hieme, & vere calidiſſimi. 2.289
Verecundia. 2.239
Vertigo. 1.106
Veſſicantia vtrum in febribus conueniant, & eorum compoſitio. 2.273
Veſicantium, & ſinapiſmorum eadem indicatio. *ibid.*
Veſicantia non agunt ſola venenata qualitate. *ibid.*
Victus. 1.66.*vſq;ad* 172
Victus modus corporis ſenſus. 2.164
Victus modus non reperitur certus niſi ex corporis ſenſu. 2.166
Victus humidus febricitantibus omnibus confert. 2.169
Victus humidus actu, vel poteſtate in febribus. 2.164
Victus humidus an idem atque tenuis. 2.170
Victus humidus an omnibus febribus an ſolum ardentibus conueniat. 2.170
Victus tenuis conuenit peracutis febribus. 2.172.173
Victus exquiſitè tenuis quis. *ibid.*
Victus tenuis, & exquiſitus an idem ſint. 2.177
Victus tenuiſſimus in febribus acutis cur exhibetur. 2.178
Victus tenuiſſimus cur periculoſus in febribus longis. *ibid.*
Victus quotuplex. *ibid.*
Victus ſpecies tres. 2.178
Victus ſpecies quæ. *ibid.vſq; ad* 180
Victus plenus an tenuis, vel tenuiſſimus eſſe poſſit. *ibid.*
Victus tenuiſſimus an pleni vices genere poſſit. 2.181
Victus tenuis quibus in febribus conueniat. *ibid.*
Vigilia. 2.214
Vigilia in febribus vtrum conueniat. *ibid.*
Vinum. 2.185

Vinum vtrum in febribus conueniat. 1.185.186
Vinum in febribus quale eſſe debeat. *ibid.*
Vinum aqueſum quod. *ibid.*
Vinum aquoſum fit etiam arte. 2.187
Vinum dulce, auſterum, acidum. *ibid.*
Vinum nigrum, rubrum, an album eſſe debeat in febribus. 2.188
Vinum quantum in febribus. 2.189
Vini exhibitio ad mentem Plinii. 2.200
Vinum prohibetur calidis temperamento. *ibid.*
Vinum in febre ephemera. *ibid.*
Vinum in timore, & furore. *ibid.*
Vinum in febre tertiana. *ibid.*
Vinum in quartana, & aliis affectibus. ibid. vſq; ad 202
Vinum non potabant fœminæ antiquo tempore. *ibid.*
Vinum ex libidine ægrotantibus. 2.203
Vinum in ſenibus. *ibid.*
Vinum in febre frigida. *ibid.*
Vinum in tuſſi vtrum. 2.204
Vinum in tremore neruorum. *ibid.*
Vinum tentat neruos. *ibid.*
Vinum in ira. *ibid.*
Vinum mente motis. *ibid.*
Vinum quando in febribus. 2.205
Vinum ſimplex, an aliis mixtum in febribus eſſe debeat. *ibid.*
Vinum frigidum an calidum in febribus. *ibid.*
Virtus animalis defatigata in febribus. 1.40
Virtus vitalis, & naturalis in febribus fortes ſunt. *ibid.*
Virtutes in morbis conſeruandæ. 2.177
Vires demonſtrant ſanguinis miſſionem. 2.254.256
Virgiliæ. 2.287.288
Vis corporea à quo. 1.40
Vnctor. 2.301

Vo-

Vomitus. 1.94. 2.290.299
Vomitus biliosis neceſſarius. 2.285
Vomitus hieme faciendus. 2.287
Vomitus uniuerſalis & particularis. 2.288
Vomitus frequens erat antiquis & cur. 2.289
Vrina. 1.84.*vſque ad* 93
Vrina habet naturaliter nubeculas. 1.19
Vſtio circa ventrem. 2.296
Vſus idem cum exercitatione. 2.210

Errata ſic corrige.

Fol.14.obſtaut,obſtat, 15. infiuita. Partinm,infinita partium. 18.ledimentum, ſedimentum. 30.lefacieus,calefaciens. 34.indicant,iudicant. ibid. quolibet, qualibet.38.& altera,ex altera.44.ipſa anima, & ipſa auima. 53.aquilonico, aquilonio.68.& ſimilia.fiuut,& ſimilia fiuut.72.uatura vocat, natura vacat. 73.aque,atque.92.ipſarum,ipſorum. 130.ſubqui,ſubſequi. 133.prauus, paruus.ſ148.hoc,hac. 158.à morbi,à morbis. 164.Æſculapis filis,Æſculapij filiſ. ibid.Podalius,Podalirus. 180.nimium,mlnimum. ibid. potentaliter, potentisliter.181.proſunt,poſſuut. 186.hiuziuum, hirſiuum. 188. excrementoſa, ſuut,excrementoſa ſiut.ibid.accendaut.accendantur.201.vires imbecillæ,imbecilles.209.ueotenicus,ueotericus. 231.exercitatio monet, exercitatio mouet.240.vigore,rigore.251.à quamcunque,à quacunque.253.expurandus, expectandus.258.ceci,coci.267.debeamus,debemus.273.excrediſſe,exercuiſſe. 275.aut,vt.314.eodem venatri,eadem veratri.4.quidquid enim,quicquid etiã

Digitized by Google

Digitized by Google